tis: quia tamē qñ actus ipera ti sūt īpossibiles: volūtas non cōit elig it circa materiā taliū actuū. qꝛ quod nō credit possi bile alicui aut non vult aut te nuit vult (scd̄m augu.) ideo cō muniter nō generatur habit⁹ practicus sine actibus impa tis. ¶ Ad ꝯmēdatorē dico qd̄ ly scd̄m pōt itelligi effectiue vl formaliter. ¶ Ad aliud de dele ctatiōe. dico ꝙ nō est ad ppo sitū. qꝛ delectatio nō est opera tio sed passio consequēs opa tionē pfectam. ¶ Ad illud de. x. ethicoꝝ dico ꝙ ly amantissi m⁹ sumitur ibi passiue. i. maxie a deo amatus. licet autē phūs ponere felicem speculatiuum a mare actiue finem: nō tamē po nit aliquā scientiā esse ꝯformē praxi volūtatis circa finē/ quia non posuit volūtatē circa finē habere praxi seu operationem que possit recte vel non recte elici. sed simplicem motionem amoris naturalis qui sēper est rectus et p ꝯñs non est praxis Sic et in itelligentia respectu finis poneret amare necessita te naturali volūtati ie sse. sic ꝙ non contingeret ibi errare/ ꝛ re cte agere/ ita ꝙ respectu illius no ticia esset tātūmodo ostensi ua ꝛ non directiua nec quantū ad obiectum ī particulari/ nec quantum ad aliquā circūstan tiam actus volēdi. hoc modo non dicerēt theologi de amare creaturaꝝ intellectualium re spectu dei: ꝫ dicerēt illd̄ nō pos se recte ꝛ nō recte elici: nisi eli ciatur cōformiter rationi recte nō tantum ostendenti opposi tum: sed etiam dictanti sic illd̄ eliciēdum. et sic ī hoc habem⁹ a philosopho discordare. ꝫ ab eo habeamus rationē habitus practici ꝛ speculatiui. ¶ Alia via ponit theologiā eē affecti uā q bñ potest intelligi: si affe ctiua ponatur quedam practi ca. si autē ponatur tertiū mem brum distictum cōtra practicū et speculatiuum. sic est ꝯtra di cta ī pmo articulo. vbi est ostē sum dilectionē esse ꝑe praxim et etiam cōtra multas auctori tates ponentes sciētiam preci se distingui ī practicam et spe culatiuā. ¶ Alia via dicit theo logiā esse cōtēplatiuā. pro qua adducitur augu. iꝫ. de trinita te vbi vult ꝙ sapiētia ē respectu cōtemplationis: sciētia respe ctu actionis. que etiā bene pos set intelligi. qꝛ cōtemplatio sa pientie respicit non tantum in tellectū sed etiā affectū. ¶ Alia est opinio ponens theologiam partim practicam ꝛ partim spe culatiuā cū in ipsa ponant ali qua que nō sunt directiua ali cuius vere praxis. vt patet de trinitate psonarum. ¶ Contra hāc viam arguitur. qꝛ quando aliqd cōe diuidit p differētias oppositas īpossibile est vtrāqꝫ drām iueniri ī aliquo vno con tēto sub diuiso. tūc ei idē corp⁹ posset eē corporeū ꝛ īcorporeū idē aial sēsibile ꝛ īsensibile. sed scia ī cōi primo diuidit prio ī pra cticā ꝛ speculatiuā: igr̄ īpossibi le ꝫ istas drās simul iueniri ī aliq vna scia. ¶ Ad argumen tum dico ꝙ ꝫ trinitas psonaꝝ nō ostēdat finē appetibiliorem

bōa. i. li. q. 3 plo gi et egi d ro

var ro li. i. q. iiij.

Godfrid. qōli be. i 3 q.

é

q̄ si esset nō trinus/q2 deus est finis incr̄tū vn9 nō incr̄tū trin9 tamē voluntatē ignorātē trinitatē cōtingit errare ī amādo finem/puta desiderādo frui vna sola pson̄a sicut faceret īfidelis Sic ignorātē.deū fecisse mūdū cōtigit errare non rependendo talē amorē qualē gratitudo requirit.⁊ sic de articłis repatiōis ⁊ alijs theologicis ¶Sz ꝯ predicta arguit.q2 nihil nisi essentiale ē ratio teriandi actū dilectiōis.q2 alias eēt aliq̄ rō dilisibilitatis ī vna psona q̄ nō in alia.sed theologia magis ē ď psonalib9/q̄ꝫ de eēntialib9 / q2 eēntialia possūt cognosci a metaphisico.ḡ theologia q̄ꝫtum ad ꝓpriissima sibi/nō ē practica ¶Rńsio.Essētiale ē rō t'minādi actum amādi vt ꝓpter quā p̄sone vero teriant vt q̄ amātur non sufficit aūt ad rectitudinē act9 q̄ hēat rōnem formalē cōueniētē ī obiecto:sz etiā requiritur q̄ hēat obiectū cōueniēs in quo sit talis ratio formalis/ huiusmōi aūt sūt psone diuine. ¶Omissis igr̄ opiniōib9 precedētib9 rńsio ad q̄stionē(scd̄ʒ scotū) q̄ cū act9 elicitus volūtatꝫ ad q̄sit vere praxis:etiā si nō comitetr̄ aliq̄s actus imperatus (vt scd̄ʒ patet ex primo articulo/sequitur q̄ illa cognitio est vere practica que est aptitudialiter cōformis volitiōi recte ⁊ prior ipsa.sed tota theologia tam veritatum necessariū q̄ꝫ contingentiū ī itellectu creato est huiusmōi:cū sit directiua volūtatis in dei dilectionē:igr̄ ē practic a ¶De theologia aūt in intellectu diuino loquitur scot9 dubitatiue videtur tamē magis sētire q̄ sit speculatiua.Ad cui9 euidētiā dicit tria esse probabilia.Primo q̄ practica est regulatiua ī praxi contingētis scilicet potentie contingenter operātis. Secūdo q̄ est reglatiua potētie practicātis que aliūde q̄ꝫ a se est rectificabilis.Tertio q̄ in deo nō est potētia practica nisi volūtas/ita q̄ nō est ibi alia potētiā executiā. ¶His p̄missis dico q̄ theologia necessariorum ī intellectu diuino nō est practica ꝫ speculatiā.Probatur,q2 noticia practica ē regulatiua potētie contingenter operantis / ex primo dicto.Voluntas autem diuina nō se habet contingēter respectu primi obiecti sꝫ necessario . igitur nō est aliqua noticia practica regulatiua ipsius.¶Itē noticia predicta intellectu est regulatiua potētie aliunde q̄ꝫ a se rectificabilis:ex secundo dicto:sed voluntas diuina nō est rectificabilis:aliūde:cū nullomō sit ď se quasi indifferēs ad rectitudinē et q̄si aliūde hn̄s eam:sꝫ sit regulatiua sui.Vn̄ nō p̄exigit noticiam vt directiua quasi scꝫ ad hoc vt volitio recte eliciatur:sꝫ tm̄ ostensiuam ipsi9 primi obiecti.Theologia igitur necessariorum in intellectu diuino/ nō est practica sed speculatiua.¶De theologia aūt cōtingentiū dico q̄ tm̄mō in illius intellectu pōt esse practica qui habere potest determinatam noticiaꝫ rectitudinis praxis an̄ ipaꝫ praxi elicitā.Quia tm̄ ī illo theologia cō

tingentiũ põt esse ꝯformis praxi et prior ea/talis aũt est intellectus creatus. qꝛ nullius intellectus creati voluntas primo deteriat rectitudinẽ conueniẽtem praxi. In intellectu autem diuino theologia contĩgentium nõ põt esse practica. qꝛ tũc ipsa eẽt regulatiua volitionis diuine cũ dei vt operantis nulla sit praxꝫ nisi volitio ex ẽtio dicto. ¶ Falsitas aũt contingentia ꝓbatur. qꝛ circa cõtingentia volũtas diuina ex se sola determinatur nõ ꝑ aliquam determinãtiã noticiam rectitudinis precedentẽ Cognitio enim talium nõ precedit actũ volũtatis. qꝛ tũc esset mere naturalꝰ/cũ oĩs cognitio ĩ intellectu diuino precedẽs actuꝫ volũtatis insit illi naturaliter/ et necessario. et sic cognosceret de necessitate hoc esse faciendũ et tunc voluntas cui offerẽ non posset nõ velle illud. qꝛ tũc posset non esse recta discordando a rõne recta. prius igitur natura volũtas diuina habet velle circa cõtingentia ꝙ̃ intellectus illa intelligat. Ita ꝙ primo intellectus diuinus offert voluntati simplicia/quorꝫ vnio ẽ ꝯtingẽs aut si offert cõplexionẽ offert sicut neutrã. ⁊ voluntas eligens vnã ꝑtem pro aliquo nunc/ facit ipsam determinate veram. ⁊ tunc essẽtia est ratio intellectui diuino intelligendi illud verũ. Sic igitur theologia contingẽtium in intellectu diuino nõ est practica sed speculatiua. ¶ Si q̃ratur qualis est theologia cõtingentium in se non comparata huic vel illi: põt dici/ꝙ ipsa talis est in se qualis est ex obiecto. Non est autẽ ex obiecto cõformis praxi ante omnem praxim: quia nulla nata est haberi noticia rectitudinis contingentia determinata ex obiecto. igr̃ ex obiecto non est practica. igr̃ est speculatiua. ¶ Si abijciaẽ ꝙ tunc cognitio in se speculatiua alicui est practica. puta ĩtellectui creato. igr̃ practicum nõ repugnat speculatiuo. ¶ Rñsio ꝙ cognitio in se speculatiua potest alicui intellectui esse essẽtialiter practica. ¶ Contra. cui cõuenit ꝑ se vnum oppositum/ aliud/ nec per se nec per accidens potest ei conuenire. ¶ Respõsio esse speculatiuum per se / seu ex obiecto quod idem est/ ⁊ eẽ practicũ per se vel ex obiecto sufficienter determinante intellectũ ad noticiaꝫ rectitudis ante oẽꝫ volitionem. opponitur sicut extendibile ad praxim ⁊ non extẽdibile: sed esse practicuꝫ ab alio ꝙ̃ ab obiecto. puta a voluntate diuina determinante intellectũ creatũ/ cuius est oꝑari scd̃ꝫ praxim ad noticiam rectitudis praxis. non opponitur speculatiuo. Ad ꝓpositũ dico ꝙ cũ esse per se /seu ex obiecto speculatiuũ: insit theologie contingentium in scd̃o mõ dicẽdi per se /ita ꝙ inherentia est per seꝫ practicũ determinatur ꝑ se eius oppositum per se seu ex eius obiecto practicũ/ nꝉlomõ nec per se nec ꝑ accidens potest ei conuenire. Esse tamen aliunde practicũ potest bene ei cõuenire: qꝛ tale practicum non opponitur speculatiuo vt dictũ est: sicut nigꝝ sim

obie. contra solutionem.

plíciter ⁊ albū ſm q̄d nō oppo=
nunt ¶ Ad argumenta pn̄cipa
lia. Ad primū dico ꝙ credere
non eſt ſpeculatiuū cū ordinet
ad fruitionem ¶ Ad ſcđm dico
ꝙ practica dr̄ eſſe circa contin=
gens.i.circa obiectum circa qđ
poteſt actio elici contingenter.
¶ Ad tertium dico ꝙ boetiꝰ ac
cipit ibi theologiam p metha=
phiſica.in qua inquiritur de p̄=
ma ſubſtantia.ſ.de deo q̄ꝛ nō eſt
poſſibile ipſum conſiderari ī ſci
entijs naturaliter adiuentis.⁊
iō dr̄ eſſe ibi ſubiectum. ¶ Ad
quartum nego maiorem. Ad p
bationem dico ꝙ illa ſciētia no
bilior eſt que eſt ſui gr̄a q̄ꝫ que
eſt gratia alicuius actus inferi
oris ſe/quelꝫ aūt alia quā phs
ponit/eſt gratia alicuius actꝰ
inferioris q̄ꝫ ſit cōſideratio ſpe
culatiua:qꝛ circa aliquod obie
ctum inferius q̄ꝫ ſit illud quod
ponit eſſe obiectuꝫ alicuius ſpe
culatiue puta methaphiſice Et
ideo quelꝫ practica (quā poīt)
eſt ignobilior ſpeculatiua aliq̄
que autem eſt gr̄a alicuius no
bilioris ſuo actu proprio nō eſt
ignobilior propter talem ordi=
nem:tunc enī ſenſitiua noſtra q̄
ordinat ad itellectiuā eēt igno
bilior ſenſitiua bruti. quod eſt
falſum.cum nobilitatis in infe
riori attingere ſuperius ſꝫ a ri.
vij.politicoꝝ. Nobilitatis igit
in ſcientijs eſt ordinari ad actū
nobilioris potentie/puta volun
tatis circa nobiliſſimum obie=
ctum.ſ.circa finem vltimum.ſꝫ
phūs non ponit aliquam ſciāꝫ
eſſe conformem praxi volunta=
tis circa finē,qꝛ nō poſuit volū

Ad pn̄cipales rationes.

tatē circa finē habere praximvt
dictū eſt in precedentibꝰ:iō po
ſuit nullā poſſe eſſe nobiliorem
p cōformitatē ad finē Si tn̄ po
ſuiſſet aliquā praxi circa finem
nō negaſſet etvt videt ſciam pra
cticā reſpectu huiꝰ praxis eē no
biliorem ſcientia ſpeculatiua.

Irca p̄mā diſtin
ctionē Quero vtꝝ Qđ
finis vltimꝰ ſit p̄.j.diſ.
ſe obm̄ fruitionis ſ.
Et vr̄ p̄mo ꝙ nō.
aug.lxxxiij q.q
iij. Fruēdū eſt bōis inuiſibilibꝰ
ḡ nō tm̄ fruēdū eſt vltimo fine.
¶ Item capacitas fruentis eſt
finita.igr̄ poteſt ſatiari aliquo
finito probatur antecedens.qꝛ
natura ſubiecti eſt finita.igitur
et eius capacitas. ¶ Itē aliq̄d
eſt maius capacitate anime:vt
deus ⁊ aliquid minus vt corpꝰ
ergo aliquid eſt equale.ſed ta=
le ē minus deo:ergo deo vel vlti
mo fine non eſt fruendū. ¶ Itē
quecunqꝫ forma ſatiat capaci=
tatem materie.ergo quodcūqꝫ
obiectū ſatiat capacitatem po
tētie.Cōſequētia patet a ſimili.
Probat añs.qꝛ ſi forma non ſa
tiaret capacitatē materie. igit
ſtante illa forma in materia in
clinaretur ad aliam naturalit/
ergo violent quieſceret ſub iſta
Nā quodcunqꝫ prohibens ali=
quid ab illo ad qnod eſt inclia
tio naturalis.eſt violentum:vt
patet de quiete grauis extra cē
trum. ¶ Item virtutes propter
ſe/diligunt:ergo ſunt obiectuꝫ
fruitionis. Probatur ātecedēs.
qꝛ ſunt bona honeſta. honeſtū
autem eſt quod ſua vi nos tra

hit et dignitate allicit. ¶ In oppositũ aug. ij. de doctrina christiana. Res quib⁹ fruẽdũ est sũt pater et fili⁹ ꝛ spũssanctus. ꝛ hi tres sunt vna res. ¶ In ista questione primo aliqua premittam Frui deinde questiones subiungam q̃d ẽ. Quantum ad pmũ notandũ ꝙ fruitio est actus voluntatis tendentis in aliquid propter se/ acceptãdo illud tanꝙ summũ bonum. Unde aug⁹. j. de doctrina christiana. Frui est alicui amore inherere propter se. Usus vero est actus voluntatis tendentis in aliquid propter aliud Sicut nanqꝫ i intellectu sunt duo actus assentiendi alicui cõplexovnus quo assentitur alicui ꝑpter se sicut principio. Ali⁹ quo assẽtitur propter aliud sicut cõclusioni: ita in voluntate sunt duo act⁹ assentiendi bono scilꝫ propter se ꝛ ꝓpter aliud. primus vocaꝛ fruitio. ꝛ scd̃s dr̃ vsus. Preter autem hos duos assensus voluntatis potest poni tertius qui est actus neuter. Uolũtati enim potest ostẽdi aliquod bonum absolute apprehensum non sub ratione per se boni nec propter aliud bonum: ꝛ circa illud potest voluntas ex libertate sua elicere actumvolẽdi illud absolute absqꝫ respectu ad aliõ et absqꝫ fruitione ꝓpter se: ꝛ vlterius potest imperare intellectui/ vt inquirat quale bonũ sit illud et qualiter volendum. Et tunc potest illi assentire sic vł sic Et vltra hoc ponitur in voluntate delectatio que est passio cõsequẽs actũ pfectũ (ex. iiij. ethi. coꝝ) Licet aũt fruitio proprie sũptã sit actus voluntatis. qꝛ (vt ait aug. lxxxiij. q. q. iij) peruersitas est fruivtendis ꝛ vti fruẽdis peruersitas autem est in actu voluntatis elicito: quia delectatio non est praua nisi qꝛ act⁹ elicitus est prauus. Sumitur tamen large fruitio aliquando ꝓ ipsa delectatione. ¶ Item notãdum ꝙ duplex est fruitio. s. fruitio ordinata: et fruitio in cõi. Ordinata est qñ ordinaꝛ scd̃um Frui debitas circũstantias. Fruitio tiõꝫ i cõi est siue habeat debitas cir dupl' cunstantias siue non. ¶ Quantũ ad secundum sit hec pria cõ ꝯcł' o clusio. Ordinata fruitio tm̃ ha rñsi. bet vltimũ finẽ ꝓ obiecto. ꝓbaꝛ i. cõ qꝛ sicut tantum est assentiendũ clusi per intellectum primovero ꝓpẽ se: ita tantum est assentiendum per voluntatem primo bono. Illud eñi solũ est pfecte quietatiuũ volũtatis cũ in ipso solo pfectissime includanꝛ alia entia. Sumitur autem hic finis ꝓ substrato finis: ꝛ nõ pro illo respectu: respectus eñi rationis non põt esse ꝓpria ratio obiecti fruibilis. ¶ Secũda conclusio. Ob iectũ fruitionis ĩ cõi est finis vl scd̃a timus vel verus finis/ vel appa ꝯclu. rens qui. s. ostẽditur voluntati a ratione errante vel finis prestitutus a voluntate. Primum mẽbrũ pꝫ ex pcedẽtibus. Scd̃ꝫ ãt pꝫ: qꝛ intellectus põt offerre aliquid voluntati / tanꝙ vltimum finẽ. Tertiũ aũt probatur. qꝛ voluntas cũ sit libera põt aliquid sibi pro fine statuere: volendo illud ꝓpter se: ꝛ ad aliud non referẽdo. ¶ Ad argumẽta. Ad primũ dico ꝙ bona ibi dñr in plali

non.ppter pluralitatem essẽtia
rũ:sed.ppter pluralitatẽ pfectio
num in deo fruibilium. Ad scðʒ
dico q capacitas est finita sub
iectiue sed est infinita obiectie.
quod enim est ad finem est fini
tum. tamen relatio finis ad qð
est nõ fundatur nisi in infinito.
¶ Et si arguas q obiectũ adeq̃
tũ potẽtie ipsã faciat: tale autẽ
est finitũ cũ potentia sit finita
Respondeo q obiecti ad poten
tiã nõ requiritur adequatio in en
titate q̃ requirit similitudinem
eoꝝ q̃ adequãtur scðʒ eiusdeʒ na
ture vel forme participationem
nec.pportio seu hitudo vel com
paratio scðm commensuratio-
nẽ scðm quã excessũ aliq̃tiẽs sũ
ptum reddit excedens: sed req̃-
ritur adequatio et proportio in
ratione obiecti: puta motiui ad
mobile: seu actiui ad passiuum
in qua est diuersitas naturarũ/
et non similitudo: quia vnũ est
finitum: et aliud infinitum. Ob
iectum igitur hoc modo adeq̃-
tum satiat. Non aũt est necesse
q sit similitudo .pportionatorũ
adinuicẽ: sed inter illa plerũq3
est dissimilitudo sicut pʒ de ma
teria ⁊ forma/ parte ⁊ toto/ cau
sa ⁊ causato. ¶ Ad tertium di-
co per idẽ q. s. nichil est maius
in ratione obiecti obiecto pro-
portionato aĩe: licet aliquid sit
maius. i. maiori modo attingi-
bile q possit ab aĩa attigi: sicut
idẽ albũ pfectius attingitur a vi
su perfectiori q̃ imperfectiori.
¶ Ad quartũ dico q nõ quecũ
q3 forma satiat materie appeti-
tum totaliter extensiue: q2 tot
sunt appetitus materie ad for-
mas/ quot sunt forme receptibi
les in materia. Scðm ei cõmen-
tatorẽ. xij. methaphi. Numerus
potentiaꝝ in materia/ est scðm
numerum specierum Nulla igr
vna forma põt satiare oẽs ap
petitus materie: nisi contineat
oẽs alias. talis autem non est
forma celi cũ nõ cõtineat virtua
liter aĩam intellectiuã. hoc igr cõ
petit soli essentie diuine / q̃ non
hʒ.pprie rationem forme. Quia
autem ipsa est obiectum conti-
nens oĩa alia: iõ pfectissime est
quietatiua ipsius aĩe. ¶ Cũ au
tẽ.pbatur q q̃libʒ forma faciat
materiã: alias violenter q̃esce-
ret Dico q nõ est violẽta quies
nisi qñ quiescens determinate/
inclinatur ad oppositum. vt pa
tet de quiete grauis sup trabẽ.
Materia auteʒ que est sub vna
forma nõ determinate inclinatur
ad oppositũ. ⁊ iõ non q̃escit vio
lenter: sed naturaliter/ propter
indeterminatã inclinationẽ ad
quãcũq3. ¶ Ad. v. dico q aliq̃d
esse diligibile.ppter se põt acci-
pi dupliciter. vno modo sic/ q non
sic aptum ad aliud referri. ⁊ ta
le est obiectũ fruitiõis. Aliomo
do q sit sic propter se diligibile
q etiã sit natum propter aliud
diligi ⁊ huiusmodi sũt virtutes
que fructus dñr: q2.ppter se ap
petũtur: nõ qð ad beatitudineʒ
nõ referantur: sed q2 i se hñt vnde
nobis placere debeant.

Utrum fine apprehenso p
intellectum necesse sit vo- q.ij
luntatem frui eo. Q2 sic Auicen
na. vj. methaphisice/ delectatio
est coniunctio conuenientis cũ
conuenienti. sed finis necessario

conuenit volũtati. igitur ex cõ iunctione eius cum voluntate sequitur delectatio et per consequens fruitio. ¶ Item finis mouet methaphysice / sicut efficiens mouet proprie. sed efficiens approximatum passo non impeditum de necessitate mouet. igitur finis approximatus et presens voluntati non impeditus: mouet necessario methaphysice. ¶ Item omne mobile presupponit aliquod immobile. igitur actus volũtatis varii et mobiles presupponũt aliquẽ actum immobilem. ¶ In oppositum. necessitas naturalis nõ stat cum libertate / cum natura et voluntas habeant oppositũ modũ pricipãdi. igitur cũ mõ principãdi volũtatis que attigit libere nõ stat necessitas naturalis. ¶ Pro responsione sciẽdum quod ista questio potest ĩtelligi de fine obscure apprehẽso ĩ vniuersali sicut cõcipimus beatitudinem in cõi. vel obscure apprehenso in particulari sicut cõcipimus beatitudinẽ ĩ deo trino: vel de fine clare viso in habẽte volũtatẽ supnaturaliter eleuatã per habitũ caritatis. vel quarto de fine clare viso in nõ habẽte talem habitum. vt si deus de potentia absoluta se ostẽderet ĩtellectui nõ dãdo hitũ aliquẽ supnaturalẽ volũtati. ¶ Quãtum ad istos quattuor articulos est quedã opinio dicẽs primo quantum ad primum quod volũtas de necessitate fruitur fine vltimo sic apprehenso obscure et ĩ vniuersali. quod probatur tripliciter. primo per illud. secundo phisicorũ. Sicut se habet principiũ in speculabilibus / sic finis in operabilibus. sed intellectus de necessitate assentit primis principiis ĩ speculabilibus: igitur volũtas de necessitate assentit primo fini ĩ operabilibus. ¶ Secũdo hoc idẽ probatur: quia volũtas necessario vult illud cuius participatiõe vult quicquid vult. sed participatione vltimi finis vult quicquid vult. igitur. probatio minoris. quia nichil vult nisi in quantum est quoddã bonum. omne autem aliud bonũ est participatio quedam sũmi boni quod est vltimus finis. ¶ Itẽ voluntas non potest nõ velle aliquid nisi in quo est aliquis defectus boni vel aliqua ratio mali in vltimo fine non apprehenditur aliquis defectus boni vel aliqua ratio mali. igitur. ¶ Quãtum ad secundum dicitur quod fine sic obscure apprehẽso ĩ particulari põt voluntas non frui cũ nõ possit frui aliquo quod est sibi incompossibile: sicut patet de peccãte mortaliter. ¶ Quãtum ad tertiũ dicitur quod necessario fruitur fine sic viso: ita quod deus de potentia absoluta nõ potest separare visionẽ a fruitione. et probatur per tertiã rationẽ precedentẽ. quia ĩ eo nõ est aliqua ratio mali. ¶ Quãtum ad quartũ articulũ dicitur quod impossibile est voluntatẽ caritate non eleuatã frui fine / etiã visto quia agere presupponit esse igitur agere supernaturale presupponit esse supernaturale. volũtas illa non habet esse supernaturale. igitur. ¶ Item tunc vo

luntas posset ex puris naturalibus esse beata. ꝯñs est falsum quia tūc caritas nō esset necessaria ad beatitudinē voluntatis. probatur ꝯñia. quia frui fine sic viso videtur esse beatitudo.

obie. ꝯtra prī ci

¶ Cōtra primū articulū arguitur sic. actus itellectus circa finem est i potestate volentis/cū possit auertere intellectū a consideratione finis. igitur et act⁹ volūtatis. probatur ꝯña: quia actus voluntatis magis est in potestate nostra ꝙ̄ aliquis alius actus. vt enim ait augu. primo retractationum. Nichil tā est i potestate volūtatis ꝙ̄ ipsa voluntas. quod non intelligitur nisi de actu elicito vel eliciendo nō igitur fruitur necessario ipso fine. ¶ Contra tertium articulū arguo sic. diuersa approximatio passi ad agens nō causat necessitatē. sed tantum intensiorē actionē. vt patet de calido respectu calefactibiliū plus vel min⁹ approximatorū sed diuersa presentia obiecti cogniti. puta visi vel non visi nō videtur esse nisi quasi diuersa approximatio ei⁹ circa qd̄ debet esse actus volendi ad volūtatē. igit illud nō diuersificat. necessitatem et nō necessitatem ¶ Itē cū visio sit prior fruitiōe et non dependeat ab ipsa: poterit esse sine ipsa. pbatur ꝯña. qr q̄cūq; nature distincte absolute sic se habēt ꝙ pri⁹ essētialit non dependet a posteriori/pōt esse sine posteriori sine cōtradictiōe. ¶ Cōtra q̄rtum articulū arguo sic. Bonū sub rōne vniuersali et obscure apprehēsum pōt esse volitū a voluntate nō eleuata p habitū supnaturalē. igit multomagis idē obiectum clarius visū pōt eē ab ipsa volitū. pbatur ꝯña. quia si obiectū volibile minus sufficiēt approximatū volūtati pōt terminare sufficiēter actū volūtatis: multomagis si idē est perfecti⁹ approximatū. ¶ Aliter igit rñdeo scdm̄ sco.

Rñs. fm sco.

¶ Quantū ad primū articulum dico ꝙ sicut voluntas nō necessario fruitur his q̄ sūt ad finem. sic nec fine sic obscure apprehenso in vniuersali. ¶ Quantū ad scdm̄ articulum cōcedo cū prima opiniōe. ꝙ voluntas nō necessario fruit fine sic obscure apprehenso i particulari. Rōnes tamen posite in primo articulo concludunt cōtra secūdū si valēt. quas tamē non reputo cōcludere simpliciter. sed nitens eis in primo articulo/nō video quomō soluat eas in secundo. ¶ Quātum ad tertiū de fine viso dico ꝙ volūtas eleuata non necessario fruitur ꝙ̄tum est de se. vt videbitur di. x. ¶ Quātū ad quartū dico ꝙ voluntas non eleuata supernaturaliter potest frui isto fine

¶ Ad argumēta pro opinione

Ad ar. p opi.

Ad primū dico ꝙ nō est ibi oīmoda similitudo. sz i hoc est similitudo ꝙ sicut principiū ⁊ cōclusiones sūt ordinate cognita qr cognitio ꝯclusionū depēdet a noticia principiorū. sic finis ⁊ ea que sūt ad finē sūt ordinate volita. Sz i hoc est dissimilitudo: qr intellect⁹ necessario assētit primis pricipijs cū agat naturaliter. nō sic aūt est de volū

tate respectu finis cũ sit agẽs liberũ. ¶ Ad scd̃m dico ꝙ volũtatem velle aliquid ꝑticipatione alicuius põt intelligi dupl'r vel participatione vt efficientis vel participatione vt primi obiecti ꝓpter quod volitum vult alia. Primo modo maior est falsa q2 illud cuius participatione vt efficientis est aliquid volitum nõ oportet esse volitum/ sicut illud qđ est efficiẽs alicuius visi non oportet esse visum. Videt' eni color: lꝫ deus non videat' qui colores ꝓducit. Si scđo mõ intelligatur de participatione vt ꝑmi obiecti voliti: tunc minor est falsa. Non enim virtute dei voliti volo quodcũqꝫ volitũ ¶ Ad tertiũ dico ꝙ licet i vltimo fine nõ sit aliquis defectus boni volun tas tñ cũ sit libera põt nõ elicere actũ volẽdi circa ipꝫ. põt enĩ agere et nõ agere. ¶ Ad primũ de quarto articulo cũ arguit' đ agere ⁊ eẽ dico ꝙ illud agere respectu volũtat; nõ ẽ supnaturale: q2 volũtas põt natural'r elicere actũ circa obm̃ q̃litercunqꝫ ostensum. ¶ Ad scđm dico ꝙ illo casu posito volũtas ñ eẽt btã ex puris naturalib9 q2 null9 itellect9 creat9 põt deũ naturaliter videre. Nullũ eni ĩtellectũ creatũ mouet essentia diuina ꝑ modum nature: sed mediante actu volũtatis. ¶ Ad argumẽta principalia. ¶ Ad primũ nego miorẽ. q2 finis ñ ꝯueñt necessario volũtati actual'r: lꝫ ei cõueniat aptitudinaliter. ¶ Ad scđm dico ꝙ minor non est vera de agente libro: cuiusmodi e st voluntas ⁊ ideo sicut ꝯtigẽt agit sic a fine amato mouet' metaphorice ꝯtigẽter. ¶ Ad tertiũ dico act9 volũtatis mobilis nõ ꝓsupponit aliquẽ actũ scđꝫ immobilem: sed actũ primũ scilicet volũtatem que est sufficiẽs ratio eliciendi illas varias et diuersas volitiones.

Vltimo q̃rit' de subiecto fruitõis vtꝝ q. iiij oĩa fruãt'? Et q̃ ꝙ sic. q2 oĩa bonũ appetũt. vij. eth i. ⁊ aliquod bonũ non pp aliud igitur fruuntur. ¶ Cõtra fruimur cognitis. ſm aug. sꝫ nõ oĩa cognoscũt igr̃. ¶ Rñsio ꝙ cũ fruitio sit actus volũtatis. nõ oĩa fruũtur ꝓpe sumendo nomen fruitionis. sꝫ illa solum que habent intellectũ ⁊ volũtatẽ. Qđ aũt dicit au. lxxxiij. q. q. xxx. ꝙ frui q̃lꝫ corporali volũtate nõ absurde estimãt' bestie: itellig' đ fruitõe iꝓprie sũpta ꝓ ꝯplacẽtia vl' ĩhesione quã hñt erga sẽsibilia. ꝓprie aũt dicunt' frui illa q̃ hñt itellectũ ⁊ volũtatẽ. ¶ Est aũt volũtas q̃druplex. s. volũtas diuia volũtas creata btã/ voluntas iusti viatoris/ ⁊ volũtas mortalis peccãt;. Volũtas diuia fruitur prio ⁊ ꝑ se ⁊ imobilit'. q2 ipsa adheret necessario vltio fini nõ ꝑ habitũ vel actũ differẽtẽ nec virtute alicui9 cause superioris/ ⁊ assimilat' hec fruitio q̃eti terre in centro/ cui adheret imobilit' ⁊ prior ꝑ se nõ ꝑ naturã alteri9 corpis a q̃ ꝑticipet q̃nitatẽ. Põderi nãqꝫ i corporali b9 corrñdet volũtas spũalib9: quia sicut corpus pondere sic animus amore fruitur secũdũ

rñsio

volũtas q̃druplex.

Aug.

uel fertur

augustinum i libro de trinitate Et sicut cētrum est vltimus terminus q̄etis corporū grauiū / sic finis vltim⁹ est cētrū vltiate quietatiuū aīoꝝ. Unde secūdū quēdā sapiētem. Deus est spera itellectualis cuius centrum vbiq̄ est / circunferentia nusq̄. ¶ Uolūtas autē creata beata fruitur ꝑpetuo et per se quia ꝑ formam intrinsecam scilicet ꝑ habitum caritatis. sed non primo: q2 hoc habet a deo. ⁊ assimilatur hec fruitio quieti metalloꝝ existētium in visceribus terre. que adherent centro immobiliter et per se sed non primo: quia adherēt per grauitatē participatam a terra. ¶ Uoluntas aūt iusti viatoris fruit̄ per se / sed non immobiliter nec prio. ⁊ assimilatur hec fruitio quieti grauium existentium in superficie terre / que adherent centro mediāte terra. sed non immobiliter. Uiator nanq̄ preter actum desiderij quo viator iust⁹ appetit deū sibi actu concupiscētie: habet alium actum amicitie. volendo deum i se bene esse: ⁊ huiusmodi actus est fruitio. ¶ Uolūtas vero mortaliter peccantis fruitur quantum est ex parte sui inquātum se quietat i obiecto creato qđ propter se amat: sꝫ nō simpliciter quietatur quantū est ex parte obiecti. quia nō adheret obiecto quod est perfectissime quietatiuum i vniuerso / ⁊ ideo nūq̄ satiatur: quantumcunq̄ illi obiecto ihereat. ⁊ talis fruitio assimilatur quieti illius qui in naui quiescit / qui nō simpliciter quietatur nec mediate nec immediate i ordine ad centrū quod est vltimate quietatiuū corporū: cum corpus cui adheret nō se habeat vniformit̄ ad ipsum cētrum. Fruitur autem talis nō quidem obiecto sui actus quod amat amore concupiscētie: sꝫ seipso quē amat amore amicitie ⁊ cui ↄcupiscit illud obiectū. Un̄ augustin⁹. xiiij. de ciuitate dicit. Duas ciuitates fecerūt duo amores ciuitatē dyaboli: amor sui vsq̄ ad ↄtēptū dei. Ciuitatē dei. amor dei vsq̄ ad ↄtēptū sui ⁊ sic ad q̄stionē. Ad arg ¶ Ad argum̄ i oppm̄. dico q̄ illa auctoritas itelligit̄ de appetitu naturali: q̄ vnaq̄q̄ res iclinat̄ in suā ꝑfectionē vn̄ nō sequit̄ ex hoc q̄ oīa fruantur: q2 fruitio est actus voluntatis.

Irca scđam distinctionē q̄ro Utrum deū esse seu aliquod ens ifinitum: sit per se notū. dis. ij q. j. ¶ Et videt̄ q̄ sic. Damascenus li. j. Eius quod est eē deum cognitio est omnibus naturaliter inserta igitur est per se notum deum esse. Probatur consequentia. quia principia que sunt per se nota sūt nobis naturaliter cognita ex. ij. methaphisice.

¶ Item veritatē esse est per se notum: sed de⁹ est veritas. igitur deum esse est per se notum. Maior ꝓbat̄ ex opposito suo. Si eni nulla veritas est. igitur verū est nullam veritatem esse igitur veritas est. ¶ Item propositiōes habentes necessitatē secūdum quid ex terminis ha=

hẽtibus entitatẽ secũdũ quid sũt p se note/sicut prima pricipia que sũt per se nota ex t'minis habẽtib⁹ tantum esse in intellectu. ergo multomagis est propositiones per se note que habent necessitatem ex terminis sipliciter necessarijs: qualis est ista de⁹ est. Assũptũ ptz qꝛ necessitas primoꝝ pricipiorum et noscibilitas eorũ/nõ est ꝓpter exigentiam terminorum sꝫ tantũ ꝓpter cõnexionẽ extremoꝝ. vt sũt i itellectu ↄcipiẽte ¶ Cõtra. per se notum nõ põt negari. sꝫ dicit insipiens i corde suo nõ est de⁹. ergo. ¶ Pro responsione premitto ꝙ ꝓpositio p se nota est illa / q̃ p nullã aliã ꝓpositionem habet euidẽtiã. sed ex terminis proprijs hꝫ euidẽtem ṽitatẽ i itellectu ↄcipiente terminos. si tñ aliquis intellectus non concipiat terĩos non min⁹ est p se nota ꝗ̃tũ est de se. tũc dico ꝙ ista ꝓpõ de⁹ ẽ est p se nõ accipiẽdo deũ sub ꝓpria rõne deitatis. s. ꝓ hac essẽtia. vt cognoscit̃ a deo vl' a beatis. qꝛ ista extrema nata sunt facere euidentiam de illa complexione cuilibet perfecte apprehendenti ipsam. vnde illa ẽ immediatissima ad quam resoluũtur omnes enũciationes de deo quõdocũqꝫ cõcepto. Si vero accipiatur deus eo modo quo cõcipimus deum: puta ꝓ ente ĩfinito vel summo bono / nõ est p se nota. quod sic ꝓbatur. ꝓpositio per se nota cuilibet itellectui ex termĩs cognit' est p se nota. sꝫ hec propositio. ens infinitum est. non est euidẽs intellectui nostro ex terminis / ergo. Minor ꝓbatur. quia termĩos cõcipimus anteq̃ȝ eã credam⁹ vel per demonstrationẽ eam sciamus. ⁊ in illo priori non est vobis euidens. Non enĩ certitudinaliter eã tenem⁹ nisi per fidem vel demõstrationem. ¶ Ad primum dico ꝙ damascenus intelligit ꝙ mediante potentia cognitiua naturaliter nobis data possumus cognoscere deũ esse ex creaturis. ¶ Ad secũdum negatur maior Ad probationẽ dico ꝙ veritas potest accipi pro fundamento veritatis in re / aut pro veritate in actu intellectus cõponente et diuidente. et tunc dico ꝙ si nulla ṽitas est nec in re nec in intellectu. tunc nec est verũ nullam veritatem esse nec est verum aliquam veritatem esse quia nec veritate rei quia nulla res est. nec ṽitate itellectus quia nullus intellectus est. ¶ Ad tertium dico ꝙ propositiones nõ dicuntur per se note propter maiorem necessitatẽ. sed propter euidẽtem veritatẽ

q. ij.

Utrum in entibus sit aliquid existens actu infinitum. Et arguit̃ ꝙ non. Si vnũ cõtrarium esset actu infinitum nihil sibi cõtrarium esset in natura. igitur si aliquod bonum sit actu ĩfinitum / nichil eẽt mali in vniuerso. ¶ Rñsio maior ẽ vera de contrarijs formaliter: nichil autem mali contrariat̃ deo formaliter. ¶ Contra. si virtualiter contrarietur ⁊ est infinitum. nichil patitur contrarium sui effectus. quia pro

pter infinitatē virtutis destruetur omne icōpossibile suo effectui. Exēplū. si sol esset infinite calidus virtualiter: nichil reliqueret frigidum in vniuerso. ¶ Itē corpus īfinitum nullum aliud corpus secū cōpatit. igit nec ens īfinitū aliud ens. Probatio consequentie. quia sicut dimēsio repugnat dimēsiōi ita actualitas actualitati ¶ Item viij. phisicorū. Uirtus infinita si esset moueret in nō tempore nulla virtus potest mouere in nō tpe. igitur nulla est infinita ¶ Cōtra ibidē ꝓbatur / primū mouēs esse potentie infinite. qꝛ mouet motu infinito. sꝫ hoc nō pōt intelligi tantū de infinitate durationis. qꝛ ꝓpter īfinitatē potentie. ꝓbatur ꝙ non possit esse in magnitudīe. nō repugnat aūt magnitudini secūdū eū ꝙ in ea sit potentia infinita secūdū durationem / sicut poneret de celo. ¶ Item in psalmo. Magnus dñs ꝛ laudabilis nimis. ¶ Itē damascen̄. libro primo. caplo q̄rto. Est pelag⁹ infinite substātie. ¶ Pro respōsione primo agetur de primi entꝭ causalitate. secundo de intellectualitate. ꝛ tertio de īfinitate.

pria ꝯclu. rhsi. ¶ Quantū ad primum sit hec prima ꝯclusio. Aliqđ effectiuū est simpliciter primū ita scilicꝫ ꝙ nō est effectibile / nec virtute alteri⁹ a se effectiuū: qđ probo sic: qꝛ aliquod ens est effectibile. aut igitur a se / aut a nullo. vel ab aliq̄ alio. Non a nullo quia nulli⁹ est causa illud qđ nihil est. nec a se quia nulla res est que seipsā faciat vel gignat (ij. de trinitate. ca. prīo.) igitur ab alio effectiuo / illud autē sit a. si. a. sit primū: hoc exponendo habeo ꝓpositū. si nō est primū. igitur est posterius effectiuum: qꝛ effectibile ab alio vel virtute alterius effectiuū. Deꝉ illud alterū et sit. b. de quo arguitur sicut de. a. argutū est. Et ita aut ꝓcedetur ī infinitū. quorū quodlibet respectu priorum est scđm. aut stabitur ī aliquo non habente prius. Licet autē (scđm philosophos) infinitas non sit impossibilis in accidentaliter ordinatis. vt in generatiōib⁹ filij / prīs / aui. ꝛc. est tamen impossibilis in essentialiter ordinatꝭ. ¶ Differūt autē cause essentialiter ordinate ab accidentaliter ordinatis in tribus. Prima differentia est qꝛ in essētialiter ordinatis. Secūda inquantum causa dependet a prima. in accidentaliter nō / licꝫ depēdeat ī esse. Secūda est qꝛ ī essētialiter ordinatis ē causalitas alteri⁹ rōnis et alterius ordis. qꝛ supior ē pfectior. Nō autem in accidentaliter ordinatis: ꝛ hoc sequit ex prima. Nā nulla causa a causa eiusdē rationis depēdet. essentialiter in causādo: qꝛ in causatione alicui⁹ sufficit vnū vni⁹ rōnis. Tertia est. qꝛ oēs cause essētialiter ordiate simul necessario requirūtur ad causandū. vnde cause īferiores nō possunt suos effectus producere: nisi prima concurrente. licet prima possit sine alijs. ī accidētaliter autē ordiatis non sic. et hec etiā sequit ex prima. Ex his patet ꝙ non est Nō.

processus in infinitū in essentia-
liter ordinatis Cū enim superior
sit perfectior ex prima et secūda
differentia: igitur in infinitū su
perior est in infinitū pfectior: et
ita ifinite pfectionis in causādo
et per consequēs non dependēs
ab alia. Quod enim ab alio de
pendet in causando: est imper
fecte causās ¶ Itē cū oēs cause
essentialiter ordinate simul req̄
rantur ad causandum effectū
ex tertia dr̄ia / si in ipsis esset pro
cessus in infinitum. tunc infinite
scđa cause simul in actu essent: quod
2clo. nullus phūs posuit. ¶ Secūda
conclusio sit ista. primū effecti
uum est incausabile. Hoc patet
ex precedenti. Cū enī nō sit effe-
ctibile non est finibile. q2 cā fi-
nalis non causat nisi q2 mouet
efficiens: qđ igitur non hʒ cau-
sam efficientem non habet cām
finalem. ¶ Item non est maĩa
le nec formale: q2 cause intrinse
ce includūt iperfectionē cū sint
partes causati: tū etiā q2 seipis
sine agente non constituunt cō-
positum. Ex predictis patet / q
primum effectiuum est pfectio-
nis eminentissime: cum a nullo
dependeat: sed alia ab ipso.
¶ Tertia cōclusio. primū effici
ens est vltimus finis. probatur
q2 causa per se agens agit pro-
3. cō- pter finem: et prius efficiens pro
clusi. pter finem priorem: igitur pmū
rñsi. efficiens propter vltimum finē
sed ppter nichil aliud a se prin-
cipaliter et vltimate agit: igitur
agit propter se / sicut propter fi-
nem. Est autē causa finalis / nō
quidem sui: sed effectus quem i
se ordinat. ¶ Quantū ad scđm

articulū qui est de eius intelle-
ctualitate. sit hec prima conclo arti.
¶ Primum efficiens est intelli- scđa.
gens et volens. probatur. primū 1. 2cl
efficiens dirigit effectum suum
in finem. vt patet ex predictis.
igitur vel naturaliter dirigit / vl
cognoscendo et amando finem
illum non naturaliter: quia nō
cognoscens nichil dirigit / nisi
in virtute cognoscentis. Sapiē
tis enim est ordinatio (primo me
thaphisice) sed primum efficiēs
in nullius virtute dirigit / sicut
nec causat tunc enim non esset
primum ergo cognoscendo cau
sat et amando. ¶ Secunda
conclusio est ista. Intellectio et
volitio primi entis sunt idem cū scđa
essentia. probatur. quia cum sit 2clo
primum effectiuum . ergo ex se
habet vnde possit causare qđ-
cunq; causabile circunscripto
omni alio: sed circunscripta ei9
cognitione et volitione non ha
bet vnde posset quodcunq; cau
sabile causare. igitur eius intel
lectio et volitio sunt idem cum
eius essentia. probatio assum-
pti: quia nichil potest causare /
nisi ex amore finis velit illud vel
le autem presupponit intelligē.
¶ Tertia conclusio. Intellect9 3. 2cl
primi entis intelligit semper / et
distincte et necessario quodcun
q; intelligibile. probatur: quia
potest hoc modo cognoscere
quodcunq; intelligibile. Hoc
enim est perfectionis in intelle-
ctu / posse distincte / et actu co-
gnoscere quodcunq; intelligibi
le. immo hoc posse est necessa-
rium ad rationem intellectus et
quia omnis intellectus est toti

ns entis sumpti cõmunissime: vt declarabit di. iij.) Nullã autem intellectionem potest habere intellectus primi: nisi eandem sibi (ex proxima conclusione) igitur cuiuslibet intelligibilis habet intelligere actuale et distinctum. et hoc idem sibi. et ita semper est necessario.

3.ar. 1.cõ. ¶ Quartum ad tertium sit hec conclusio. Primum ens est actu infinitũ / probatur. quia est primum efficiens omnium. hanc probationẽ tangit aristoteles. viij. phisicorum et. xij. methaphisice / et arguitur sic. Primum ens mouet motu infinito. igitur habet infinitã potentiam. licet autẽ primũ ens nõ moueat motu infinito. sicut aristoteles intendit cũ mundus nõ sit eternus: tñ si accipiatur istud antecedens sic quod quantũ est ex parte sua potest sic mouere. poterit probari intẽtum sic arguendo. Primũ agens simul habet virtutem producendi infinita quãtum est de se. ergo est infinitum. Probatur ans: quia continet oẽs causalitates causarum secundarũ eminẽtius quam sint in ipsis formaliter, cum oẽs cause secunde ab ipso habeãt suam perfectionem causatiuam. Consequentia vero probatur sic. quicquid potest aliqua multa simul / quorũ quodlibet requirit aliquã pfectionẽ sibi propriã concludit esse pfectius ex pluralitate taliũ. et sic si primũ agens possit simul causare infinita quãtũ est de se: sequitur quod / erit infinite virtutis. licet aũt natura effectus hoc nõ permittat: sequitur tñ infinitas virtutis eius. sicut potẽs causare albũ et nigrũ nõ est minus pfectũ: licet illa nõ sint simul causabilia / quia hoc nõ puenit ex defectu agẽtis sed ex repugnãtia eorum. ¶ Scdo probatur. primũ ens esse virtutis infinite ex hoc quod intelligit quolibet intelligibile et hoc sic. Intelligibilia sũt actu infinita in intellectu oia intelligente. ergo intellectus actu simul intelligens illa est infinitus. Probatur antecedẽs Quecũque sunt infinita in potentia ita quod accipiendo alterũ post alterũ / nullũ finem habere possunt: illa oia si simul / actu sunt: sunt actu infinita. Non enim sũt finita: quia tũc accipiẽdo alterum post alterũ / tandẽ possent omia eẽ accepta. igitur si non phit oia esse actu accepta si actu sit sũt / sũt actu infinita. sed intelligibilia sunt actu infinita in potẽtia respectu itellectus creati. vt patet. Et in intellectu creato sunt simul oia intellecta actu / que a creato sunt successiue intelligibilia. igitur sũt actu infinita intellecta. Consequentiã primi entimematis probo: quia vbi pluralitas concludit maiorẽ perfectionẽ quam paucitas: ibi infinitas numeralis concludit infinitam pfectionẽ. Exemplũ. Posse ferre decẽ / maiorẽ requirit pfectionẽ potẽtie motiue quam posse ferre quinque: ideo ferre infinita requirit infinitã virtutẽ motiuã. igitur in proposito cũ itelligere / a sit aliqua pfectio. et itelligere. b sit aliqua pfectio / intelligere simul actu infinita esset infinita pfectio. et sic talis intellectus erit infinitus.

¶ Ex premissis patet pars affirmatiua questionis scilicet quod i entibus est aliquod ens actu infinitum cui cor. rñsi x uum

nõ dabor infinitũ [illegible]

sez nichil entitatis deest co mō quo pōt haberi i aliquo vno seu qd excedit oē ens in pfectione vltra oēm proportionē determinabilē: et sic probat esse de deo. quantū ad conceptū perfectissimum quē possum⁹ naturaliter habere de deo. de quo dicet tertia distinctiōe. ¶ Ad argumēta
Ad primū dico ꝙ si vnū contrarium esset infinitū et ageret ex necessitate nature: nō cōpateret se cum aliud cōtrarium. siue esset ei contrarium formaliter vel virtualiter. Deus autem est libere agens respectu oīm que sunt extra ipsū quare illud argumentū nichil cōcludit cōtra nos. Saluant igit illud philosophi ponētes deū agere ex necessitate nature. ¶ Ad secundū. Dico ꝙ nō ita repugnat entitas entitati: sicut dimenso dimēsioni. q̄ quidē repugnant respectu eiusdē loci. quia vna dimēsio replet locū secundū vltimū sue capacitatis. et ideo nō pñt simul esse: vna autē entitas pōt simul esse cū alia. sicut posset respectu loci eē aliqd corpus non replens locum cum corpore locum replente. ¶ Ad tertium dico ꝙ philosoph⁹ vult probare virtutem infinitam nō esse in magnitudine: quia tunc moueret in non tempore. et intelligit moueri ꝓprie: vt distinguitur contra mutationem. et hoc modo consequens includit contradictiōem et etiam antecedēs secundum eum. qualiter autem teneat ista consequentia: sic declaratur. Si est infinita potētia et agit ex necessitate nature: igitur agit in non tempore: quia si ageret in tempore sit illud tempus a. et accipiatur aliqua virtus finita que in tempore finito agat: et sit illud temp⁹. b. et augmentetur virtus finita secūdum proportiōem illam que est a. ad b. puta si a cētuplum est vel millecuplum ad b. accipiatur ꝟtus centupla vel millecupla ad illā virtutē finitā datā igit illa virt⁹ sic augmētata mouebit in a. tēpore: et ita ista et ifinita mouebūt in equali tempore: quod est impossibile: si virtus infinita moueat secundum vltimum potentie sue et necessario. Ex hoc igitur ꝙ virtus illa est infinita. sed: ꝙ si agit ex necessitate nature: agit in nō tempore. Ex hoc autem ꝙ ponitur in antecedente ꝙ est in magnitudie. sequitur: ꝙ si agat circa corpus: qd proprie moueat illud corpus. quia virtutem in magnitudine vocat philosophus virtutē extensam. per accidens: ad extensionem magnitudinis: talis autē si agit circa corpus habet partes illius corporis diuersimode distantes respectu eius: puta vnam partem corporis propinquiorē et aliam remotiorem. habet etiam resistentiam aliquā in corpore circa qd agit. que due cause. scilicet resistentia et diuersa approximatio partiū mobilis ad ipsū mouēs: faciunt successionem esse in motu et corpus proprie moueri: igitur ex hoc ꝙ in antecedente illo ponitur virtus i magnitudine. sequitur ꝙ proprie mouebit. Et ita iniungendo ista duo simul. scilicet ꝙ est infinitū necessario agēs et ꝙ est i magnitudine. se

Margin: rñsio ad argu

quitur q̄ proprie mouebit in nō
tēpore. quod est cōtradictio. sed
non sequitur de virtute infinita:
que non est in magnitudine: qr
illa nō habebit in passo illas du
as rōnes successionis. Sed tunc
est dubitatio cū aristoteles vir=
tutem infinitam ponat agere ex
necessitate nature: licet non mo=
ueat in non tempore: aget tamē
in non tempore. et sic nichil mo
uebit proprie. Hoc patet ex pre=
cedentibus per rationem poten
tie infinite necessario agentis.
Istud argumētum non est diffi
cile christianis ponentibus deū
agere contingenter et libere. et
sic posse agere ⁊ non agere: et in
tempore et in non tempore: cum
non necessario agat nec secūdū
vltimum sue potētie. quantum
scilicet posset agere. Opinio aūt
aristotelis improbabitur: que=
q.iij. stione vltia octaue distinctiōis

Ueritur vtrū tātum
sit vnꝰ deus? Q nō
ptz ad couiū. Siqui
dē sūt dij ⁊ dn̄i mul
ti. Itē deꝰ est: igitur
dij sūt. Probat cōsequētia: quia
sicut singulare includit singulā
re: ita plurale plurale: cū singu
lare et plurale idem significent.
¶ Preterea omne ens per parti
cipationē reducitur ad aliquid
tale p essentiā: indiuidua i qua
cunq; specie creata sunt entia p
participationē. alioqui nō esset
multa. igitur reducūtur ad ali=
quid tale p essentiam. igit est ali
quis homo p essentiā et aliquis
bos p essentiā. quicquid est p es
sentiā nō per participationē est
deus: igitur. ¶ Preterea plura
bona sunt meliora paucioribus
bonis. sed quecunq; meliora po
nenda sunt in vniuerso. ergo.
¶ Itē plꝰ potest deus facere q̄
intellectꝰ noster cogitare. sed in
tellectus noster vtpote gentium
intelligit plures deos omnipo=
tētes. ergo deus pōt hoc facere:
sed quicquid potest esse in diui=
na natura: est ibi (cum i eternis
nō differat esse a posse.) ¶ Con=
tra. deutero. vj. Audi israel dn̄s
deus tuus vnus est. ¶ In ista q̄ rn̄sio
stione conclusio est certa: sed di
cunt aliqui q̄ conclusio hec nō
est demonstrabilis: sed tantum
accepta per fidē. Et ad hoc ha= opio
bet auctoritas rabymosi q̄ vni var.
tas dei accepta est a lege. Hoc
etiā sic ꝑbatur. quia si per rati
onem naturalem posset cogno=
sci deū esse vnicū: igit naturalit
posset cognosci deum esse singu
larem: igit posset naturaliter cō
gnosci essentia dei sub ratiōe sin
gularitatis: cuius oppositū di=
ctum est in questiōe de subiecto
theologie. ¶ Predictis tamē nō opio
obstātibus: vnitas dei: ratione scoti
naturali multipliciter probatur
Et primo sic. Si sint duo dij sint
a. ⁊ b. aut igitur a. fruitur b. aut ꝑba
vtitur. si vtit: ergo habet volun tiōes
tatem iordinatā. si fruitur: ergo ꝯclu
est beatus i duobus obiectis to siōis
talibus quorū neutrū depender itēte
ab alio. s. in se et in b. sed conse= vījs
quens est impossibile: qr nichil nat.
potest esse beatum actu in duo=
bus obiectis beatificantibus to
talibus. quia vtrolibet eorum
destructo nichilominus esset be
atus. igitur in neutro esset bea=
tus. ¶ Secundo sic probatur.

Quecunq perfectio potest nume rari in diuersis/ plus pfectionis habet in pluralibus q̄ in vno sicut dicitur. viij. de trinita. ergo cū infinitum nō possit excedi: nō pōt in pluribus nūerari. ¶ Tertio. Si sint duo dij vterq illorū faceret alterum nulli potentem prohibendo. s. per suū nolle esse volitorū ab alio. ¶ Q̄ si dicat q concordent in voluntate: probo/ q adhuc neuter eorū erit omnipotens. Nam si a/ est omnipotens potest producere suo velle quodcunq possibile volitū aliud a se. Ex hoc sequitur q b/ nullū eorū poterit producere: et ita nō erit omps. Q̄ hoc sequatur pz/ quia ipossibile est esse duas causas totales eiusdē effectus in eodem ordine cause. quia tunc aliquid posset eē causa alicuius a quo illud non dependet essentialiter. Probatio. A nullo aliquid depēdet essentialiter quo nō existente nichilominus esset. sed sic habeat duas causas totales/ a et b/ in eodem ordine cause vtrolibet illorū non existente, nichilominus esset ipsū c/ ab altero eorū. quia nō existēte a nichilominus esset c/ ab ipso b. Et tunc nō existēte b/ nichilominus esset c/ ab ipso a. ¶ Ad illa q̄ sūt p alia opinione. Rn̄sio ad auctoritatē raby mosi. Dico q deū esse vnū tradit i lege: qz eni populus iudaicus fuit rudis et pronus ad ydolatriā: ideo indiguit instrui p legē de vnitate dei: licet p rōnē naturalem posset demōstrari. Ita etiā acceptū est a lege q deus sit: exodi. iij. Ego sum qui sum. Et apostolus in epistola ad hebreos dicit q oportet accedentē ad deum credere. quia est. et tamē nō negatur ad deū esse: esse demonstrabile. ergo pari ratione negādum non est posse demonstrari deū esse vnū: licet acceptum sit a lege. Illa etiā que pñt demōstrari: vtile est cōmunitati tradi per viā auctoritatis: propter negligentiā cōmunitatis in requirēdo veritatē. et propter impotentiam intellectus: et propter errores inquirentiū per demonstrationē: qui veritatibus suis multa fl'a pmiscent. vt dicit augustinus. xix. de ciuitate dei. Et quia simplices sequētes tales demonstrationes possent dubitare cui esset assētiendum. ideo tuta via et facilis est auctoritas certa q̄ nō pōt fallere nec falli. ¶ Ad rationē dicendū q lz possit naturaliter cognosci deū eē singularē. non tamē sequit q possit cognosci sub ratione singularitatis. Exemplū. possū cognoscere fortem esse singularē: et tamen non possum ipsū cognoscere sub propria ratiōe singularitatis. quod ex hoc patet: quia posito q fortes et plato habeant eandē magnitudinē figurā et sic de alijs accidentibus. et ponantur virtute diuina in eodem loco. nec sensus nec intellectus iudicabit illa indiuidua esse duo. licet sint duo. et hoc. qz non cognoscit ppriam differentiam indiuidualem per quam illa adinuicē differūt. ¶ Sed cōtra predicta arguitur sic. Impossibile est intellectum cognoscere aliquid iesse alicui: nisi cognoscat vtrūq extremū. si igitur intellectus cogno- obiectio.

scat singularitatem inesse sorti: sequitur ꝙ cognoscat ipsam rationem singularitatis. ¶Respōdeo ꝙ intellect⁹ cognoscens sortem esse singularē bene cognoscit rationē singularitatis in cōmuni: q̄ scʒ cōuenit oi idiuiduo sed nō cognoscit ꝓpriā rationē singularitatis ꝑ quā differt ab
ad argu. prin. alio indiuiduo. ¶Ad rōnes principales. Et primo ad apl'm dico ꝙ loquitur de ydolis que sunt dij nuncupatiue. Unde sub dit ibi. nobis autē vnus deus est. q̄r omnes dij gentium demonia.

¶Ad scdm dico ꝙ lʒ singulare et plurale idē includāt: nō tn̄ eodē modo. Singulare eni includit sub modo cōcipiēdi cōuenienti ipsi cōceptui. plurale vero sub mō repugnanti ei quod concipitur: et sic plurale prout concludit conceptū ⁊ modū concipiēdi: icludit rōnē q̄si i se falsā: ⁊ iō nō sequit̄: ꝙ plurale sit verū de plurali sicut singulare de singulari. quia de eo cui⁹ ratio est in se falsa: nichil est verum. ¶Ad tertium dico ꝙ omne ens per participationem reducitur ad aliquid tale per essentiā. qđ scʒ est tale vel formaliter vel virtualiter. Secunda pars huius disiunctiue est vera. Et sic omne ens reducitur ad primū ens: qđ virtualiter et eminenter cōtinet perfectiones oim entium. ¶Ad quartū dico: ꝙ pluralitas deorum non est melior vnitate dei. cum non sit bonū ꝙ sit pluralitas principatuū. ex. xij. metha. quare non est ponenda. tum q̄r includit contradictionem et repugnātiā vt patet ex pre. ¶Ad vltimū cū dr̄ ꝙ plus pōt de⁹ ⁊c. dico ꝙ nō est verū de intellectu fātasmatico. quia multa possumus cogitare secūdū fātasiā q̄ deus nō pōt facere ꝓpter ipsoꝝ repugnātiā. sʒ illđ bene ē verū de intellectu rōnali. Uñ luce. i. Nō erit ipossibile apđ deū oē vbū: i. ois cōceptus
id est ois cōceptus potentialis non includens cōtradictionem.

Circa scdam partē hui⁹ distinctionis q̄ritur. Utrū ꝓductū sit i diuinis? Et arguitur ꝙ nō: q̄r nullum ꝓductū est ex se necessariū: quicquid est in essentia diuina est ex se necessariū. igit̄. probat̄ maior tripliciter. Primo q̄r oē ꝓductū fuit possibile produci. alioquin impossibile ꝓduci fuit ꝓductū. igit̄ oē ꝓductū aliquam possibilitatē includit. ois aūt possibilitas repugnat necessario. Secundo ꝓbatur eadē maior. Productū ē posteri⁹ ꝓducēte i illo ꝗ priori in quo ꝓducēs intelligit̄: non intelligitur productū. ergo in illo priori intelligitur productū non esse et in signo posteriori itelligitur eē: igit̄ mutatio. et sic nō erit necessitas. Tertio probatur eadē maior. q̄r nichil ē necessariū ex se et ab alio simul. sʒ quod est productum si est necessarium. ē necessariū ab alio. igitur non a se. Maior pʒ: q̄r si ē necessariū ex se: est necessariuʒ circūscripto oi alio. ¶Item scđo arguitur ad principale: si est productum. ergo dependet. ꝯńs est falsū. ergo ⁊ añs. probatō ꝯńie: q̄r si nullomodo dependet ꝓdu

ij. ps dis. pri. q. i.

ctum a producente: igit vtrūq; ex eq̄ haberet naturā: et ex hoc vltra non magis exigeret pro-ductū ad sui pductionē: et eē: q producens prehaberet suā na-turā q̄ ecōuerso: quod est cōtra naturā pductiōis. ¶ Tertio ad principale. q alie mutationes que nō ponūt de ratione sua tā-tā imperfectionem q̄tā pōit ge-neratio non possunt esse in diui-nis. igit nec gñatio. pña ptz. q removemus a deo quicquid est imperfectionis. Probatio añtz. quia loci mutatio vel alteratio non cōceditur in deo: que, tamē secundū ari. vij. phisicorum nō po-nūt tantā imperfectionem q̄tā ponit gñatio. Multa enī entia perfecta pñt alterari vel locali-ter ferri: que non possūt gñari. ¶ Ad oppositū ē aug. iiij. de tri. pater est principiū toti⁹ deita-tis. sed non nisi per pductionē: igitur. ¶ Ad q̄stionē rñdeo: q i diuinis est et pōt esse pductio: quod sic declaratur. Quicquid de ratione sua formali est prin-cipium productiuū, illud i quo-cunq; est sine imperfectione: est pricipiū productiuū. sed memo-ria pfecta seu intellect⁹ habens obiectū intelligibile sibi presens ex ratione sua formali est prici-piū productiuū noticie genite: vt patet in intellectu creato. igit in quocūq; est: erit principiū p-ductiuū. et hoc scđm proportio-nē sue perfectionis sed in deo est scđm verā rationē sui: ergo ibi est pductio noticie genite. Nul-la autē productio per memoriā perfecta est pfecta: nisi sit noti-cie ad equate illi memorie: siue illi intellectui: respectu talis ob-iecti. Memorie aūt siue intelle-ctui psone diuine (cū sit infinit⁹) nulla noticia adequatur respe-ctu essētie diuine īfinite: nisi infi-nita: q intellectus iste est cōpre-hensiuus illius obiecti infiniti. igitur aliqua psona diuina per memoriā pōt producere noticiā infinitam. sed illa erit i natura diuina: q nichil aliud est infini-tum. igitur in diuinis per mēo-riā potest eē productio ad itra: sed si potest esse: igitur est: q oē ibi possibile est necessariū. Ta-le autem productū p intellectū i nullo natum est recipi. tum q nō est accidens in diuinis sicut in creaturis: tum q talis poten-tialitas passiua ad recipiēdum perfectionē aliā a se: est iperfe-ctionis. Noticia igitur genita p itellectum diuinum pducta: est in se subsistens. et sic est persona alia a producēte. ¶ Nec obstat q intellectus patern⁹ habet no-ticiam eandem realiter sibi qua formaliter intelligit que est ei a-deq̄ta. q cum talis noticia non sit producta: sed eadem realiter producenti: non tollit quin prin-cipiū productiuū hēat sibi. pro-ductū adequatū. cū hoc sit pfe-ctionis in principio productiuo Sed bene verū est q cū habue-rit productū adequatū non po-terit aliud producere. et sic q i-tellectus vt in patre habet pro-ductum sibi adequatum scz fili-um: ideo ipse intellectus vt in fi-lio non potest producere alium filium: nec voluntas vt in spiri-tu sācto aliū s. s. ¶ Et si dicat q tale productum per intellectum

rñsio ad q̄stio.

formali ... [handwritten marginal note]

erit frustra cum ille intellect⁹ habeat noticiã eandẽ sibi qua formaliter intelligit. ¶Respondeo ꝙ non erit frustra. q2 erit sũmũ bonũ: nec est productũ a producente vt producẽs per ipsum pficiatur: sed ex plenitudine pfectionis ipsius producẽtis. Idẽ potest argui de volũtate. ꝙ voluntas hñs obiectũ actu cognoscibile sibi presentatũ ex ratione sua est productiua amoris pfecti. Sic igitur patet ꝙ i diuinis est et potest esse ꝓductio. ¶Ad argumenta. Et primo ad primã probationẽ maioris primi argumenti: dico ꝙ possibile vno modo sumitur pro illo quod potest esse et nõ esse. ⁊ sic opponitur necessario. Aliomodo ꝓ illo ꝙ nõ habet repugnantiam ad esse. et tale opponitur impossibili. non autem opponitur necessario. immo oẽ necessariũ ẽ possibile hoc mõ. et tale possibile dr possibile logicũ. qđ quidẽ est mod⁹ compositionis formate ab itellectu cuius termini non includũt contradictionem. ⁊ ita possibilis est hec propositio deũ posse produci et deũ esse deũ. ¶Ad secũdã probationem maioris. dico ꝙ si prima psona ẽ absoluta (vt quidã ponũt) nõ necessario intelligitur scđa persona cũ pma. Ex hoc tamen nõ sequitur ꝙ si prima persona intelligiť: ꝙ intelligatur secunda non esse: sicut nõ sequitur aial illud qđ est in homine intelligitur non intellecto rationali. igiť intelligitur nõ eẽ rationale. ¶Ad tertiam probationem maioris cũ dicitur ꝙ nichil est necessariũ ex se ⁊ ab alio

Ad ratõnes oppositas.

dico ꝙ verũ est. si idẽ gen⁹ cause importetur per hec duo. si autem per ly ex se importetur causa formalis et per ab alio causa effectiua: vł productiua. dico ꝙ non est incõueniẽs idem esse necessariũ ex se vnomodo. et ab alio modo. Et ad probationẽ dico ꝙ si est necessariũ ex se formaliter; est necessariũ circũscripto quo cunqꝫ alio in ratione forme non autẽ in ratione principij ꝓductiui. Istud patet in creaturis si essẽt a deo necessarie producte (vt ponebãt philosophi) haberẽt eni entitatẽ qua essent formaliter necessarie: licet in illa entitate depẽderẽt a causa producente. non tamen haberent tantam necessitatem quantam hꝫ fili⁹ dei. q2 nõ essẽt neccie circũscripto quocũqꝫ alio in natura. Fili⁹ aũt dei est necessarius circũscripto quocunqꝫ alio i natura q2 lꝫ sit a patre. pať tamen non est alius in natura ab ipso. ¶Ad secundum pricipale dico ꝙ non sequitur. est ab alio: ergo depẽdens. Ad probationẽ concedo ꝙ eque indepẽdẽte est natura i producẽte ⁊ producto. Et cũ arguiť ex idepẽdẽtia ꝙ nõ ẽ preexigẽtia. nego ꝯniam. q2 vbi est depẽdẽtia: ibi ẽ entitas cõsequens aliam entitatẽ. ⁊ naturã a qua depẽdet. Qñ igr aliq̃ hñt eãdem entitatem: non est ibi dependẽtia: pt tñ ibi esse preexigẽtia si vnũ suppositũ habeat illđ ab alio. ¶Ad vltimum dico ꝙ mutationes alie a gñatione ex rõne sua formali sunt iperfectiores gñatione q2 iparum termini sunt imperfectiores. tamẽ nõ

indepen denter

requirūt tātā īpfectionē ī subō q̄tā requirit gñatio. qꝛ gñatio requirit ī subiecto entitatē ī potētia ad esse simplicit/ alie mutatiōes nō gñatio aūt nō trāsfert ad diuia sub rōe mutatiōis. vt s. supponit subiectū mutabile. qꝛ hoc est īperfectionis sed sub ratiōe ꝑductōis vt videlicet est ad terminum productū. qui termin⁹ est ꝑfectio: teris aliaꝝ mutationū. ꝛ sic bñ pōt ꝑ gñationē accipi eēntia tāq̄ terminus ꝑfectissim⁹ in diuinis. lꝫ non posset per aliquam aliam mutationeꝫ accipi aliquis alius termin⁹ aliarum mutationum in diuinis / quia includeret compositioneꝫ cum termin⁹ huiusmodi mutationum sit formaliter accidens componibile cum subiecto. Nō se auteꝫ includunt essentialiter ꝑductio et mutatio cum diuersa respiciant vt dictum est. ꝛ ita generatio trāsfertur ad diuina sub ratione ꝑductionis. licet nō sub ratione mutationis.

q. pꝫ q. ij. Uxta hoc q̄ritur. vtꝝ ibi sint due ꝑductiōes intrīsece Q₫ nō / arguit sic Uni⁹ nature videtur eē vn⁹ mod⁹ ꝯmunicādi scđꝫ auerrois. viij. phi. qđ sic ꝑbatur / qꝛ vbi est materia alteri⁹ rōnis: ~~sꝫ materia ꝛ~~ forma alterius rōnis: correspōdēs diuersis ꝑductiōib⁹ est alteri⁹ ratiōis vt pꝫ ī generatiōe per ꝑpagationē ꝛ ꝑ putrefactionem. qꝛ propagatū gñat ex semine: aliud autē non: sed ex aliquo corpe putrefacto. ergo forma erit alterius rationis. et sic

ibi ē forma

vnius nature erit vnus modus cōicādi. ¶ Itē diuersoꝝ motuū specie sunt diuersi termini specie. v. phisicoꝝ. igit si cōicatōes vel productiones sunt alterius rōnis: et termini. Q₫ autem non sint tantum due: probo. qꝛ Aristoteles secundo phisicorum distinguit naturam et intellectuꝫ tanq̄ diuersa principia actiua sed vtriusq̄ ratio inuenitur vere in deo: quia neutrum icludit imperfectionem. ꝛ ad intra / qꝛ neutrum est productiuū ad extra. igitur preter productionem volūtatis sunt alie due productiones ad itra. ¶ preterea videtur q̄ volūtas non sit principium ꝑductiuū ad intra: qꝛ cū voluntas sit libera nō determinatur ad vnū sed potest esse ad opposita: sꝫ tantū creatura est possibilis esse et nō esse / non aūt persona diuina: igitur volūtas est tantū principium ꝑducendi creaturā et non personā diuinā ¶ In oppositū arguitur. Tātū sunt due persone ꝑducte. ergo tm̄ sūt due productiones. ¶ Ad q̄stioneꝫ dico q̄ tm̄ sunt ibi due ꝑductiōes disticte scđm diuersas ratiōes formales ꝑductionū. ꝛ hoc qꝛ tātū sūt duo pricipia productiua habētia formales rationes ꝑducēdi distictas Q₫ sic ꝑbat. Oīs pluralitas reducit ad vnitatē vel paucitatē tantā ad quantā potest reduci. sed pluralitas pricipioꝝ actiuorū nō pt reduci ad aliquod vnū principiū ꝑductiuum: qꝛ principia ꝑductiua que sunt natura et volūtas hn̄t oppositos modos pricipiādi. qꝛ alterū incli- rn̄sio ad q̄sti.

natur ex se ad agēdū naturaliter. alterū libere i potestate sua habet pducere. ergo pluralitas principiorū pductiuorū reducitur ad dualitatē principij videlicet pductiui p modū nature et per modū volūtatis. hec aūt in deo sunt pductiua ad itra/ex q̄stione precedēti. ¶Ulterius cū in principio nō sint nisi duo principia productiua alterius rationis: igitur tantū sunt ibi due pductiones numero. Probaꝫ consequētia: qꝛ vtrūqꝫ principium hꝫ pductionē sibi adequatā et coeternā: igitur stante ista non pōt habere aliā. ¶Cōtra predicta arguitur: qꝛ tā itellectus q̄ꝫ essentia sunt ex se determinata ad agendū. igitur in diuinis erūt duo principia per moduꝫ nature vt natura distinguaꝫ contra volūtatē. ¶Rñsio. q in hoc pricipio (quod ē memoria) ꝯcurrūt duo. q̄ cōstituūt vnū principiuꝫ totale pductiuū p moduꝫ nature videlꝫ eēntia in ratione obiecti et itellect9 vt potētia. q̄ꝝ vtrūqꝫ ē p se quasi ꝑtiale pricipiū respectu pductionis adeq̄te huic totali principio. Est aūt mēoria in parte pricipium operantium patris. quo scꝫ vt actu p̄mō pater formaliter itelligit vt i actu secundo. Est etiā eadē memoria patri principiū pductiuū: quo pater existēs in actu primo producit vt in actu secūdo noticiaꝫ genitā. ita q ad eundē actū primuꝫ qui est memoria patris: ordinem quēdam intelligūtur habere: intelligere qd est operatio patris. et dicere quod est producere p̄rio respectu noticie genite. Non quidē talē ordinē q intelligere patris sit formale principiū elicitiuū verbi. Uerbū eni nō gigniꝫ ab itelligētia sꝫ a memoria. v. de tri. sed est talis ordo q pductio verbi preexigit illuꝫ actū qui est intelligere. ita q pater p illō pricipiū quodāmodo prius est operans q̄ꝫ producēs. dicitur autē intelligētia intellectus. vt est sub actu intelligēdi. ¶Sed instatur cōtra predicta. quia scōm augu. ꝫ. de tri. verbū est visio de visione. igitur actualis noticia est ratio gignēdi verbum. ¶Item queritur vnde est q pater per dicere producit noticiam genitā et nō per intelligere. ¶Ad primū dico q aug. ibi de tri. seipm exponit vbi dicit q verbū est simillimum rei de qua gignitur et ymago eius. De visione scientie visio cogitationis Iste cōstructiones sunt intransitiue. Nam sicut visio cogitationis nichil aliud est q̄ꝫ cogitatio ita visio scientie nichil aliud est q̄ꝫ scientia. Idē igiꝫ est dicere de visione scientie nasci visionē cogitationis q de sciētia nasci cogitationē. Sciētia aūt est forma habitualis perficiens memoriā. Nichil igitur vult aliud dicere visionē nasci de visione nisi actū scōm. in itelligētia nasci de actu primo. qui est memoria et visio habitualis. ¶Ad scōm dico q intelligere est opari patris. operatio aūt inq̄ꝫtū operatio nō est productiua: quia est finis et perfectio operātis. et sic pater non producit per intelligere: sed dictione seu productione pducit sicut aliquid calefactione cale-

ad arg. pri cip. facit formaliter cuius nō est ali qua causa prior. ¶ Ad argumē ta principalia. Ad primū quan do dicitur ꝙ vnus nature est tā tum vnus modus cōicandi: di co ꝙ illa propositio cōmētato ris est neganda. Eadē enim na tura potest generari per putre factionē et per propagationem ⁊ hoc qñ talis natura est ita im perfecta ꝙ causa equiuoca siue vniuoca sufficit ad generationē eius. Qđ probat aug. 3. de tri. ꝙ gñatū p putrefactionē propa gat alia propagātia q̄ sūt vniuo ca genitis a se. igitur propaga ta ⁊ generata p putrefactionem sūt vniuoca siue eiusdē nature. ¶ Ad pbationē aūt qñ dicebaꝛ ꝙ vbi est materia alterius rōis ibi est forma alteri⁹ rōis. dico ꝙ materia scđꝫ ari. v. metha. ē ex q̄ fit res cū insit. Et addiꝛ cū insit: ad drāꝫ oppositi ex q̄ trāsmuta to ⁊ corrupto fit res: nō aūt iē rei facte. Cū autē dr̄ ꝙ vbi est ma teria alteri⁹ rōnis ibi est forma alterius rōnis. concedo. loquen do de materia q̄ est pars rei in exi tēs. Accipiēdo vero materiā p opposito ex q̄ corrupto gene ratur compositum. nego. Ignis eni eiusdem speciei generatur ex aqua corrupta vl' ex aere corru pto. In propagatis aūt ⁊ putre factis est materia eiusdem rōis primo modo sꝫ nō scđo modo. ¶ Ad scđm cū arguiꝛ de motu et termino. dico ꝙ illa ppositio motuū differētiū specie sunt ter mini specie differētes: est vera: quando forma secundū quā est flexus est eiusdē rōnis cū forma terminante. In proposito autē

productio est alterius rōnis ab essētia q̄ est termin⁹ formalis ac cept⁹ p eā. qr productio est rela tio essētia aūt est ad se. ⁊ iō plura litas pductionū nō cōcludit di stictionē specificā productorū. ¶ Ad tertiū dico ꝙ phūs i scđo phisicorū distiguēs naturā ab i tellectu nō accipit intellectū vt distīguiꝛ cōtra volūtatē siue vt est naturaliter eliciti⁹ siue opati onis sꝫ accipit itellectū scđm ꝙ cū volūtate cōstituit vnū pnci piū artificaliū. et iō aliqñ distin guit naturā contra intellectum aliqñ cōtra ppositū: aliqñ con tra artē: idem intelligens p oia. ¶ Ad quartū diciꝛ ꝙ voluntas est principiū creaturarum. dico ꝙ phus naturaliter volūtas dei est principium productiuū ali cuius producti sibi adequati ꝗ̄ nō adequati. Adequatū aūt infi nito est infinitū. et ita creatura est secūdariū volitū ⁊ productū a volūtate. Licet autē volūtas ꝗ̄tum est de se sit libera in pro ductione tamen ad intra cum libertate est necessitas: que non oritur a voluntate vt voluntas sed a voluntate infinita compa rata ad obiectū infinitum. Nec enim voluntas infinita compa rata ad quodcunqꝫ obiectū. nec obiectum infinitū comparatum ad quācūqꝫ voluntatem dat ne cessitatem amori: sed vtrūqꝫ vt dicetur. decima distinctione.

qđ. 3 ij. ps scđe dis.

Utrum sint tres persone in essentia diuina. ¶ A r guitur ꝙ nō. Relationes oppo site sunt equalis dignitatis: igi tur si relatio primi producētis tantum constituit vnā personā

correspondebit sibi alia relatio tantum constituens personam vnam productam. et ita erit tā tum vna persona producta.

¶ Item videtur q̄ non sint tan tum tres. q2 relationib9 produ ctorum correspōdent due relati ones pducētiū. et eque distīguū tur ista extrema inter se sicut il la: igit̄ si iste due relationes pro ductorum constituant duas p̄ sonas / et alie due constituent alias duas. et ita erūt quattuor persone diuine. ¶ Preterea po tentia finita durans infinitum posset successiue habere effect9 infinitos: sicut patet de sole se cundum viam philosophi. igi tur potentia infinita potest ha bere infinita producta simul: cū ī īfinitū excedat potentiā finitā.

¶ In oppositum mathei vltio. In nomine patris et filij et spi ritussancti. ¶ Respondeo q̄ tan tum sunt tres p̄sone in essentia diuina. Quod pbatur sic. Tan tum sunt due persone producte et tantū est vna iproducta. igi tur tantū sunt tres. Qđ aūt tan tū sint due producte. probatur. q2 tantū sunt due productiones ad intra. ex questione preceden ti. igitur tantum sunt due perso ne producte. probatur ꝯn̄ia. q2 nulla istarum potest terminari nisi ad vnam personam: cū per sona pducta sit terminus adeq̄ tus illi pductioni. Qꝫ aūt tātū sit vna improducta. probatur. Quicquid potest esse in plurib9 suppositis et non determinatur ad certū numerū suppositorum per aliud a se / quantum est de se pōt esse in infinitis. ⁊ si est neces se eē est in infinitis. q2 qūicquid potest ibi esse est. sed ingenitum si potest esse in pluribus suppo sitis non determinatur ab ali quo in quot suppositis sit. quia determinari ab alio ad esse in supposito vel suppositis est con tra rationem ingeniti igitur de sua ratione potest esse in īfinitꝭ et si potest eē est. q2 omne inge nitū est ex se necesse esse. ꝯn̄s est impossibile. igitur illud ex quo sequitur. ¶ Secundo sic. nō est ponenda pluralitas sine neces sitate: sed nulla ē necessitas po nendi plures inascibiles. igitur est tantū vnus. ¶ Ad argumen ta. cū arguitur. eq̄ nobiles sūt / ergo tot. est fallacia figure di ctionis mutādo quale in quot. Ratio defectus ꝯn̄e est ista. q2 nobilitas vel ignobilitas rela tionis principij vel principiatꝭ non est ratio quare multiplicet̄ vel non multiplicetur. sed quia de ratione principij est vnitas. licet in pricipiatis possit eē plu ralitas: semper nāq3 ē reductio pluralitatis ad vnitatem: et iō stātes nobilitate equali / potest esse multiplicatio in relationi bus productorum cum vnitate primi producentis. ¶ Ad secun dam rationem cōcedo q̄ relati onibus ex parte productiui cor respondent relationes ex parte productorū et tot: sed nō sequit̄ si relationes producti distiguū tur personaliter. igitur et rela tiones producentis. cuius ra tio est. q2 idē potest producere duab9 pductiōib9 totalib9. nō tamen potest produci. Si enim idem produceretur duabus p

ductionibus totalibus sic habe
ret esse perfectum aliqua produ
ctione q ipsa seclusa nichilomi
nus haberet esse: sicut arguitur
questiōe de vnitate dei/ de dua-
bus causis totalibus respectu
eiusdem effectus. ¶ Ad tertium
ad 3. dico q potentia finita non po-
test hēre simul illos duos terīnos
adequatos in produci. licet pos
sit habere vnum in produci / et
alium in producto esse / potētia
autem infinita habet terminum
suum intra semper in produci. &
iste est adequatus. et iō non po
test habere plures terminos.

q. v. Vtrū sit possibile
cū vnitate essētie
stare pluralitatē
psonarū. Q; non
videt q quecūq
vniet eidē simpli
citer sūt eadē. inter se sunt eadē
Et additur simpliciter ad exclu
dendū identitatē scd̄m quid. q
si sunt eadē eidē nō simpliciter/
sed scd̄m quid nō oportet ea esse
simplicit eadē/ sed persone diui
ne sunt simpliciter & oīno idem
essentie diuine. igitur. &c. Ma-
ior patet. q p eā tenet forma sil
logismi pfecti/ q̄ de se est forma
euidēs in qua ex idētitate extre
dio morū cū me. in p̄missis cōcludi
tur idētitas extremorū inter se i
cōclusione. Minor probatur. q
essentia diuina ppter sūmā sui
simplicitatē est quicquid habet
(scd̄m augu. iiij. de ci. dei) ¶ Itē
essentiale et accidētale diuidūt
totum ens. quicquid igitur est
in aliquo. aut est idem sibi essen
tialiter aut accidentaliter. sed
quod distiguit personas nō
est accidens essentie. quia nichil
sibi accidit. igitur est sibi idē es-
sentialiter: sed quod essentiali-
ter est idem essentie/ multiplica-
to illo multiplicatur essentia igi
tur si plures psone plures essen-
tie. ¶ Itē si sit plura necessaria
esse. quero de illis per que disti-
guntur: q vel sunt necessitates illa
essēdi vl possibiles entitates. nō
primū: q cū cōueniāt in necessa-
rio esse/ sequitur q nō distigun-
tur per necessario eē. Nec scd̄m:
q si ille rationes sint possibiles
entitates: tūc illa que istis disti
gunt nō sūt necessaria eē. ¶ Itē
nichil ponendum est in entibus
maxime in sūmo bono: quo non
posito nichil perfectionis defi-
cit in vniuerso: sed aliqua perso
na diuina non existente nichil
perfectionis deesset vniuerso.
igitur pluralitas talium nō est
ponenda in deo. Probatur mi-
nor: q quicquid perfectiōis sim
pliciter est in vna persona est in
alia. et ita si secunda psona non
esset: quicquid perfectionis est
in ea/ esset in persona patris.
¶ Ad oppositū. Illō est possibi
le quod nō includit cōtradictio
nem: sed hoc nō includit contra
dictionem/ q contradictio est se
cundum idē. hic autē est vnitas
in essentia et pluralitas i suppo
sitis. igitur. ¶ Ad questionē re- Rn̄o
spōdeo q cū vnitate nature vel adq.
essentie stat pluralitas supposi-
torū: pro cuius euidentia viden
da est ratio nature et suppositi.
Ubi notandū q licet omne sup
positū sit singulare. non tamen
omne singulare est suppositū.
In accidentibus eni inuenitur

singularitas sine ratione suppositi. Natura etiam nostra athoma siue singularis assumpta est a verbo (scdm dam.) nō tñ suppositum nature. Cōsistit igitur ratio suppositi in duplici incōicabilitate. Ubi sciendū q̄ cōicabile dicitur aliquid vel per identitatē ita q̄ illud cui cōmunicat sit ipsum et sic vniuersale cōicat singulari: vel per informationē et sic forma cōicat materie. Natura igitur quecunq̧ q̄tū est ex se ꝛ de ratiōe nature est cōicabilis vtroq̧ mō videlicet pluribus suppositis quoꝝ q̄dlꝫ sit ipsū: ꝛ etiam vt quo tanq̄ forma: q̄ singulare vł suppositū sit ens quidditatiue. Suppm̄ aūt est icōicabile duplici icōicabilitate opposita. Non eni est cōicabile vt q̄d cū non cōueniat plurib⁹. Nec vt quo: q̄ cū sit subsistens seu idependenter exñs: nō pōt eē actus alterius subsistentis vel suppositi. Ex hoc patet q̄ aīa separata non est suppositum. q̄ lꝫ per se existat ꝛ non depēdeat actu a corpore cui actu cōicetur: tamē dependet aptitudinalr: suppositū aūt nec hꝫ depēdentiā actualē nec aptitudinalē. cum nō cōicetur actu nec aptitudine. ¶ Ex his declarat ꝓpositū sic. Natura q̄cūq̧ est cōicabilis pluribus ꝑ identitatē. igitur et diuina natura est cōicabilis. Non est aūt diuisibilis (ex q̄stione de vnitate dei) igit cōicabile sine sui diuisione: et sic erit vna natura numero in pluribus suppositis. hoc etiam declaratur ex infinitate: ꝛ hoc sic. Forma que ē aliquo mō illimitata in ꝑficiēdo materiam sine sui diuisiōe potest perficere plures ptes materie. Exemplū. Aīa intellectiua q̄ est illimitata ad ꝑficiēdū hāc partē corporis organici sine sui diuisiōe vel extēsione qualicūq̧/ vel ꝑ se vel accidens/ pōt ꝑficere quālꝫ partem corporis organici. hoc aūt non cōpetit aīe rōne imꝑfectiōis: q̄ ipsa ponit ꝑfectissima forma inter oēs formas naturales/ ꝛ oēs alie iꝑfectiores carēt isto gradu in ꝑficiēdo. Limitāt eni ad ꝑficiendū vnū nec ꝑficiūt plures partes materie sine extēsione ꝑ accidēs. Ex hoc arguo sic. Si talis vnitas stat vel sit cū pluralitate ꝛ nō ex iꝑfectiōe illi⁹ q̄d est vnū: igit subtracto oī eo q̄d est imꝑfectionis ex vtraq̧ parte pōt stare vnitas ꝑfecta cū pluralitate: sꝫ q̄ aīa perficiat materiam hoc ē imperfectionis in ea. q̄ etiā illa plura ꝑfecta sunt ptes eiusdē toti⁹: hoc ē iꝑfectiōis. igr̄ si tollat ab aīa hoc q̄d est perficere materiā et a plurib⁹ distinctis hoc q̄d est esse partes vni⁹ totius: remanebit forma hñs ꝑfectā vnitatē sed nō informās materiam sed dās totale eē: ꝛ hoc plurib⁹ distinctis q̄ nō erūt partes vni⁹ totius: sed erūt ꝑ se subsistentia. Et tūc erit vna natura dans formale eē plurib⁹ suppositis distinctis: igit essētia diuina q̄ est illimitata a qua aufert quicquid ē iꝑfectiōis: pōt dare totale eē pluribus suppositis distinctis. ¶ Sꝫ hic restat adhuc difficultas. Nō eni videtur intelligibile q̄ essentia non plurificetur et supposita sint plura: nisi aliqua distinctio ponat inter rationē essentie

[Left margin:] ꝯclo rñsiua.

[Right margin:] dubium circa deitā

et rationem suppositi. Ubi dicit scotus sine ꝑ iudicio sñie melio= ris/ ꝙ rõ q̄ formaliter suppositū est incõmunicabile: et ratio essē tie vt essentia habent aliquā di stinctionē precedētem oēm actū intellectus creati et increati. qđ sic ꝓbat. primum suppositū hꝫ realit entitatē cõicabilē: alioqn nõ posset eã cõicare. Habet etiã realit entitatē incõicabilē: alió= quin esset positiue et in entitate reali suppm̄. Et itelligo sic rea= lit. ꝙ nullo mõ p actū itellectus ꝯsiderāt; ꝛ sic ibi eē dico añ oēꝫ actum intellect⁹. Cū ergo eadē entitas nõ sit realr cõicabilis et incõicabilis: oportet ꝙ iter hãc entitatē et illã sit aliqua distin= ctio nõ fabricata per intellectū. ¶ Si dicas ꝙ ante oēm actū in tellect⁹ pris nõ est ibi aliqua di stinctio: sed est entitas omnino vnius ratiõis. Cõtra igit entita tē illã vni⁹ rõnis totã cõicat pr: ꝛ ita nullã entitatem positiuam in se hꝫ pr: quã nõ cõicet filio: ꝑ cõicat ei paternitatē sicut essen= tiã. ¶ Preterea distictio diuino rū suppositoꝶ est realis: lꝫ cõue niãt in essētia: igr cū idē nõ pos sit eodē foralit cõuenire realit ꝛ differre (cū idem nõ sit principiū idētitat; et distinctiõis respectu eiusđ) ꝯcludit aliqua dñia essen tie: in qua supposita cõueniunt ab illis rõnibus in quibus sup= posita distingunt. Non est autē hec distinctio realis ꝓpe sūpta: qꝛ vna in ꝓsona nõ sunt due res propter simplicitatem diuinam ¶ Pro cui⁹ euidētia notandū ꝙ i vnitate iuenire possumus mul tos grad⁹. In pro gradu est vni tas aggregatiõisq̄ est minima. In scđo gradu est vnitas ordis q̄ aliquid addit sup aggregati= onē. In tertio ēst vnitas per acci dens vbi vltra ordinem est ifor matio licet accidentalis vni⁹ ab altero. In quarto est per se vni= tas compositi ex principijs essē tialib⁹. In quinto est vnitas sim plicitatis que est vera idētitas: vt in diuinis q̄libet entitas for= maliter ifinita est idem realiter cuilibet sibi ꝯpossibili. In sexto est idētitas formalis. Uoco aūt idētitatem formalē vbi illud qđ dicitur sic idē includit illud cui sic est idē in ratione sua formali et per se primo modo. ¶ In pro posito aūt: essentia nõ includit i ratione sua formali proprietatē suppositi: nec econuerso. et ideo põt concedi: ꝙ ante oēm actum intellectus est realitas essentie que ē cõicabilis: et realitas sup positi: q̄ suppm̄ ē incõicabile. et hec realitas non est formaliter eadē illi. Exēplū hui⁹ põt poni i albedine: que licet sit forma sim plex: tñ est ibi realitas coloris p quã cõuenit cū nigredine: et rea litas differētie per quam differt a nigredine. et hec nõ est forma liter illa. ¶ Et si queratur vtrū sequatur a. et b. non sunt idē for maliter: ergo sūt formalit distin cta. ¶ Respõdeo ꝙ nõ sequitur proprie vtēdo nomine distinctio nis. Distinctio enim proprie est iter positiua: non idētitas. idētitas aūt reperitur non solū inter positiua: sed etiã vbi vnū extre= mū est negatiuū. ¶ Ad primum ar. principale dico ꝙ maior ē sic intelligēda. quecūq aliqua idē

[Marginalia: nõ; s. essētiali; vni= tatis plu=; res sunt gd⁹.; ut albe do infor mat]

titate sunt eadē alicui: tali idēti tate sūt eadē inter se. qꝛ non potest concludi aliqua idētitas extremoꝝ inter se nisi scđm illam idētitatem q̄ sūt eadem medio: et mediū in se ~~sicut~~ sit idē. Omissa enim idētitate medij in se vel extremoꝝ ad mediū: est paralogismꝰ accidētis. Cū aūt dicitur in minori ꝙ quicquid est in essētia diuina est idē illi essentie: nō est verum de identitate formali vnde ꝙdiu stat formalis distinctio relationū suppositi ab essentia: stat distinctio suppositoꝝ. ¶ Et si dicas ꝙ saltē ex reali idētitate eoꝝ ad essentiā concludā identitatē eoꝝ inter se. Dico ꝙ essentia nō habet identitatē realem vnitā subsistentie prout psone vel psonalia: vt extrema vniunt̄ i essentia essentia nāqꝫ i psona pr̄is non hꝫ aliā subsistētiā a psona pr̄is ꝛ sic de alijs psonis/ nec essentia est eadē psonis scđm rōnē idētitatis subsistētie/ sꝫ ꝫm rōnē idētitatis essētie: ꝛ iō nō pt ꝯcludi idētitas suppositoꝝ per rōnē idētitatis eoꝝ i essētia vt in medio. Per hoc patet ad talia sophāta/ hic deꝰ est pat̄/ filiꝰ est hic deꝰ: ergo filius est pater qđ confirmatur: qꝛ medio existe hoc aliq̄ necē est extrema ꝯiūgi. ¶ Rn̄sio ꝙ sicut i creaturꝭ ꝯmune se hꝫ vt quale quid/ singlare: vt hoc alidd. ita hec essētia cōis personis hꝫ rōnē qualisquid/ et psona hꝫ rōnē [illegible] alicuius/ ꝛ sic mediū hic ē q̄le q̄d ꝛ ñ hoc alidd Cōcludit̄ aūt idētitas extremorū in cōclusione acsi mediū fuisset hoc aliquid. et sic est ibi figura dictionis. cōmutando quale quid in hoc aliquid. Nichil aūt aliud est sic cōmutare: ꝙ ex vi illationis et sermonis interpretari illud habere rationem huius alicuius/ qđ habet rōnē qualisquid. ita sic iferēs suppositū de supposito/ iterpretatur medium sic esse idē scđm rōnem subsistentie. quod falsum est. ¶ Q̄ si saltem arguas extrema realit̄ esse idem inter se: quia sūt idē in medio. Cōcedo ꝙ potest inferri idētitas essentialis. non autem ypostatica. licet eni extrema sint idē in medio realiter essētialiter: nō tñ realiter ypostatice seu psonaliter. ¶ Ad scđꝫ principale dico ꝙ accidētale potest capi duplr̄. Uno modo ꝓ extraneo. et sic illud qđ nō est de ratione formali alicuius potest dici accidētale sibi ꝙ sic essentiale et accn̄tale diuidūt totum ens. Alio modo accn̄tale dicit̄ qđ perficit alidd accidentaliter qđ preexistit in se pfectū. ꝛ sic bene est mediū inter accn̄tale et essentiale. Differentia enim contrahens genus/ nec ē ei accn̄talis nec essētialis hoc modo. ꝛ sic accipiendo accn̄tale nichil est accn̄tale i diuinis: sed bñ priomō. Illud eni qđ distinguit psonas est accidētale essentie illo modo: qꝛ nō est de ratiōe eius formali. et iō pōt multiplicari essētia nō mltiplicata: quare nō sequit̄ si sint plures psone ꝙ sint plures essētie. ¶ Ad tertiū dico ꝙ proprietates personales non sunt formaliter necessitates essendi/ nec sequitur. igitur sunt possibiles entitates. quia ꝑ idētitatem sunt illa vna necessitas essendi ipsius diuine essentie.

quid sit mu= ta q̄= le qd i hoc ali quid

i. extraneo i. diffinitione

¶ Ad quartum dico. q maior est falsa: si ex nō positione talis sequa cōtradictio. Illud nāq ponēdū est in sūmo bono: qd nō pōt poni nō esse sine rōne incompossibiliū. Ponēdo aūt scdam psonā nō esse et primā esse, sequit cōtradictio. qr tūc prima psona nō haberet pductū sibi adequatū. et sic nō haberet memoriā sūme perfectā. vt patet ex illa questione/ an sit pductio in deo: et sic non esset infinite perfectionis et per consequēs nō esset deus.

di. 3. q. i.

Circa distinctionē tertiā. In qua agit de cognoscibilitate dei: prio qrit Utrū de⁹ possit cōcipi in aliquo cōceptu cōmuni vniuoco sibi ꝛ creature? ¶ In hac questiōe opinio cōmunis tenet partē negatiuā ponēs deū tm̄ cōcipi in cōceptu analogo sibi/ et creature. ita q ens nō dr̄ vniuoce de deo ꝛ creatura. sed cōceptus entis dictus de deo est oīno alius ab illo qui de creatura dr̄. Probat hec opinio auctoritate aristo. iiij. meth. Ens dr̄ de entibus sicut sanum de sanis. sed sanū dr̄ per pri⁹ de aiali qd est susceptiuū sanitatis: et per posterius de vrina q̄ est indicatiua sanitatis: ergo ens dr̄ analogice de entibus et non vniuoce. ¶ Preterea pmo phisicorū dicit q principiū pcedendi ꝯtra pmenidē ꝛ melissū. q ens dr̄ multiplr. ¶ Itē auctoritate porphirij dicētis. Si quis oīa entia vocet equiuoce nūcupabit. ¶ Preterea arguit p rōnes. Si ens eēt vniuocū ad oīa entia: tunc esset genus. Probatur ꝯña. quia tūc predicaretur in quid de plurib⁹ differentibus specie. ¶ Preterea q̄ sūt prio diuersa ꝛ se totis distincta: in nullo ꝯueniūt: sed deus ꝛ creatura sūt hmōi: igr̄. Maior ē euidēs/ sed minor pbat. qr alioquin de⁹ haberet quo cōueniret et quo differret a creatura: ꝛ ita non esset summe simplex. ¶ Ad hoc adducuntur rōnes q̄ fuerūt tacte. iiij. metha. ¶ Alia ē opio scoti q deus concipitur in aliq̄ ꝯceptu vniuoco sibi ꝛ creature/ puta in conceptu entis: qd sic pbat. Nullus ꝯceptus realis causat naturalr in itellectu viatorꝭ nisi ab his q̄ sunt naturalr motiua itellectus nr̄i/ sed ista sūt fantasmata vel obiectum relucens in fātasmate et itellectus agēs. igit null⁹ ꝯceptus simplex fit naturalit i intellectu nr̄o / nisi qui pt fieri vtute istorū. sꝫ ꝯcept⁹ qui nō est vniuoc⁹ obiecto relucenti in fantasmate sed oīno alius ad quē ille hꝫ analogiā/ nō pt fieri virtute itellectus agētis. ꝛ fātasmatis: ꝑ talis ꝯcept⁹ nūq̄ erit in intellectu viatoris. Probatio assūpti. qr nullū obiectū facit i intellectu cōceptū simplicē alteri⁹ obiecti/ nisi cōtineat illud aliud obiectū essētialr vel virtualr/ talis autē ꝯceptus qui ponit analogus nō est essētialr inclusus i isto/ per te/ si nō sit vniuoc⁹ vt dicis/ nec virtualiter. quia obiectū creatū nō cōtinet virtualiter increatū. qr cōtra rōem posteriorū essētialiter est vtualiter includere suū prius. igr̄ nō facit ꝯceptū simplicē et ppriū enti increato. ¶ Cōsumatur ratio. qr pter ꝯce

opio thōe ꝛ hē. de gan.

·i· obiectualis

ar. p hac opi.

opio scoti

·i· Noticia

ptū suū ꝓpriū adequatū ⁊ inclu
sū in ipo altero ꝑdictoꝝ duoꝝ
modoꝝ:nichil pōt p ipꝫ cogno=
sci nisi p discursū : ſꝫ discursꝰ ꝑ
supponit cognitionē illiꝰ a quo
discurrit. Sic igitur pꝫ: ꝙ deus
nō est cognoscibilis a nobis na
turaliter nisi ens sit vniuocum
creato et increato. Hoc etiā mō
pōt argui de sba ⁊ accñte. Cū ei
sba nō imutet imediate intelle=
ctū nr̄m ad aliquā intellectionē
sui/sed tm̄ accidēs sensibile: seq̄
tur ꝙ nullū cōceptū q̄ditatiuū
poterimꝰ habere de ea : nisi ali=
q̄s talis q̄ possit abstrahi a cōce
ptu accidentis : ſꝫ nullus talis
ꝯceptus q̄ditatiuus abstrahibi
lis est a ꝯceptu accidētis nisi cō
ceptus ētis. Qꝫ aūt sba nō imu
tet intellectū nr̄m ad actū circa
se: ꝓbatur q2 quicquid presens
imutat itellectum: illius absen=
tia pōt naturaliter cognosci ab
intellectu qn̄ nō imutatur. sicut
apparet. 2. de aia. ꝙ visus est te
nebre perceptiuus. qn̄. s. lux non
est pñs / et ideo tunc visus non
imutatur. igitur si itellectꝰ imu
tat naturl'r a sba immediate ad
actū circa ipsā: sequit ꝙ qn̄ sub
stantia nō est presēs / posset na=
turaliter cognosci nō eē presens
Et ita naturaliter posset cogno
sci in hostia consecrata non esse
sbām panis: quod est manifeste
falsum. Nullus igitur cōceptus
q̄ditatiuꝰ habetur naturaliter
de sba / imediate causatus a sba
ſꝫ tantum causatus vel abstra=
ctus primo ab accñte. ⁊ illud nō
est nisi ens. Per idem concludi=
tur etiā ꝓpositū de partibꝰ essē=
tialibus ipsius substantie. Si ei
materia nō imutat itellectū ad
actū circa ipsam nec forma sba=
lis: quero quis ꝯceptus simplex
in itellectu habetur de materia
et forma? Si dicas ꝙ aliq̄s con
ceptus quiditatiuus relatiuus
puta partis vl' cōceptus per ac=
cidēs / puta alicuius ꝓprietatis
materie vl' forme: quero quis ē
conceptꝰ quiditatiuus cui iste
conceptus per accidens vel re=
latiuus attribuitur / et si nullus
quiditatiuus habetur : nichil
erit cui attribuatur iste conce=
ptus per accidens? Nullus aūt
quiditatiuus pōt haberi nisi im
pressꝰ vel abstractus ab illo q̄d
mouet itellectum puta ab acci=
dente. et ille erit conceptus en=
tis. ⁊ ita nichil cognoscet de par
tibus substātie: nisi ens commu
ne vniuocum eis ⁊ accidētibus
¶ Ad argumenta alterius opi=
nionis. ¶ Ad illud de quarto
methaphisice. Dico ꝙ aristote=
les decio methaphisice cōcedit
ordinē essentialem inter species
eiusdem generis. q2 ibi vult ꝙ i
vnoquoqꝫ genere est vnū primū
quod est metrū et mensura om=
niū alioꝝ: mensurata autem ha
bent ordinē essentialē ad mēsu=
ram. et tamen non obstante ta=
li attributione / cōcedet quilibet
vnū esse cōceptū generis . alias
genꝰ nō predicaret in q̄d de plu
ribus differētibus specie. Si eni
genus non haberet conceptum
aliū a conceptibus specierū: nul
lus cōceptus diceretur in quid
de pluribus ſꝫ tantum quilꝫ de
seipso: ⁊ sic nichil predicaretur.
vt genus de specie. sed vt idē de
eodē. ¶ Cōcedo itaqꝫ creaturā

habere attributionē essentialem ad deū. cum qua attributiōe: licet non stet vniuocatio phisica. q2 nō est vnitas nature. bene tn̄ stat vniuocatio logica propter vnitatē conceptus. sic accidens habet attributionem essentialē ad substantiā. et tamen ab hoc et ab illo pōt cōceptus cōis abstrahi. Per hoc possēt solui oēs auctoritates que essent de hac materia. ¶ Ad aliud de.i. phisicorū dico q͛ phūs loquitur ibi de multiplicitate suppositorum que nō repugnat vniuocationi. Unde cū dicit q͛ ens dicit̄ multipliciter .i. de multis suppositis. ideo contra pmenidē et melissū ponentes oīa esse vnū ens est ꝓcedēdum: querendū de quo suppositio entis itelligūt. ¶ Ad porphirium dico q͛ ipse allegat ibi ari. cū dicit si quis. Quomodo autē intelligantur auctoriates aris. patet ex precedentibus. Ex ipsis eni habet̄ solum analogia entis vel equocatio phisica / nō autē equiuocatio logica immo talē equocationē negat. 4. metha. dicens q͛ ens dicitur multipliciter: non tn̄ equiuoce / ꝫ vniuoce. cū vniuocū et equiuocum sint imediata vt ptꝫ ex rōnibus eoꝝ. ¶ Ad primā rōnē q͛ ens esset genus. Rn̄deo q͛ ens non est genus: q2 vt dicit̄. 3. metha. ens predicat̄ de aliquib⁹ differētijs per se primo modo. Ad cuius euidētiā distingo de differētijs. Aliqua eni differētia pōt sumi a parte essentiali vltima que est res et natura alia ab illo a quo sumitur cōceptus generis. sicut si ponatur pluralitas formarū et genus dicat̄ sumi a parte essētiali priori et differentia specifica a forma vltima. tūc sicut ens dicitur in quid de illa parte essētiali a qua sumitur differētia talis specifica. ita dicit̄ in qd de tali differētia in abstracto. ita q͛ sicut hec est in quid / aīa intellectiua est ens accipiendo eundē cōceptū entis: scđm quem dicit̄ de hoīe vel de albedine: ita hec est in quid / rōnalitas est ens. si rationalitas sit talis differētia. sꝫ nulla talis differētia est vltima. q2 in tali continent̄ plures realitates aliquomodo [struck through] ex natura rei / et tunc natura talis pōt concipi scđm aliqd. hoc est scđm aliquā realitatē et pfectionē / et scđm aliā ignorari. Et iō talis nature cōceptus non est simplr̄ simplex. sed vltima realitas seu pfectio real' nature a q̄ vltima realitate sumit̄ vltia differentia q̄ est simpliciter simplex ¶ Ista realitas nō includit ens quiditatiue. sed hꝫ cōceptū simpliciter simplicē. Un̄ si talis realitas sit a. hec nō est i qd a / incꝫtū a / est ens. sed p accidēs ꝛ hoc siue a dicat illam realitatem siue differētiā in abstracto sūptā a tali realitate. Q2 igit̄ ens dicitur in qd de aliqbus differentijs sequit̄ q͛ ens nō est genus ꝓpter nimiā cōitatē entis. Nullū eni genus dr̄ de aliq̄ dr̄ia inferiori i qd. neqꝫ de illa q̄ sumit̄ a forma neqꝫ de illa que sumitur ab vltima realitate forme. sicut patebit distinctione. 8. quia semper illud a quo sumitur conceptus generis secundum se est potentiale ad illam realitatem a qua

Margin notes: ens mlti= plici ter di ci q̄= mō i telli= gitur / drāꝫ sumi dupl' itelli git. / i. dis= tincte / dupl' cōce. semi.

accipitur conceptus differentie siue ad illā formā si differētia su mitur a forma Unde sicut materia nō pdicatur p se de forma/ sic nec gen⁹ de differētia. ¶Et si arguatur q si rationale vel aliqua psimilis differētia includit ens quiditatiue igitur addēdo talē differētiā generi erit nugatio eo q idē bis dicet. ¶Rñdeo q ad nugationem oportet q sit inutilis repetitio eiusdem. licet igitur rationale icludat ens in qd. tamen addēdo ratiōale aiali nō est nugatio. qz licet ens bis dicatur: non tamē inutiliter repetitur. addēdo rationale aiali qz non additur ratione entis qd includit: sz ratione illius quod importat vltra aial. Si ista respōsio nō placet/vide aliā i scoto. ¶Ad aliud dicēdum q licet deus et creatura sint se totis distincta in realitate/nō tamē i conceptu reali/ vel sub alijs verbis licet de⁹ et creatura sint disticta se totis subiectiue. nō tamē obiectiue. cōueniūt eni in cōceptu entis q habet esse i intellectu obiectiue p speciē abstractā a reb⁹ sēsibilibus. nō tamē pueniūt i aliqua realitate potētiali et cōtrahibili p aliā realitatē sicut rationalitas i homine cōtrahit aial. Qz cū deus sit sūme simplex nō est in eo ordo realitatum/ quarum vna sit contrahibilis et perfectibilis per aliam realitatem. quia tunc esset ibi compositio saltem actus et potētie. Et hec est vna ratio quare deus non est in genere. vt videbit. 8. di. ¶Et si arguas cum ens dicat vnum conceptum communem deo et creature oportet q contrahatur ad illa et sic erit ibi ordo realitatū quarum vna contrahet aliam. ¶Respondeo q cōtrahētia ens non sunt differētie cū nō cōstituant cōpositū cū contracto. contrahitur eni ens p finitū et infinitū qui sunt modi itrinseci. vnde entitas in deo et infinitas nō sūt due realitates: sz vna simplex realitas in sūmo gradu perfectionis. Nō sic de realitatib⁹ a quib⁹ sumit genus et differentia. vt patet in albedine (que est forma simplex) licet sit ibi compositio actus et potētie. Intellect⁹ eni separat⁹ videns albedinē. videt ibi duas realitates quarū vna est potētialis et pfectibilis p aliam. ¶Et si arguas. si ens cōtrahitur ad deū et creaturam p modos itrisecos/igit de⁹ et creatura nō differūt formaliter (cū modus itrisecus sit q additus alteri nō variat rationē formalē ei⁹ seu constitutū ex illo et altero cui additur.) ¶Respondeo q licet modus itrinsecus nō variet rationem formalem. potest tamen stare varietas modorum cū varietate rationum formalium et naturarum. sicut licet perfectū et imperfectum non varient speciem pñt tñ stare cum varietate specierū. ¶Et notandū q lz ens sit vniuocū omni enti reali: non tñ dicit in quid de oibus. Cōceptibus eni non simpliciter simplicibus est vniuocū in quid dictū de eis. In simpliciter eni simplicibus est vniuocum non in quid sed vt determinabilis et denoiabilis. huiusmodi autē sunt differentie vltime. et ppie pas-

siones entis. Ultimas autē differētias voco q̄ nō sūt resolubiles in alias differētias. Q; aūt ens non dicat̄ de eis in q̄d. sic ꝓbat̄. Si due differētie includūt ens i quid. tūc nō sunt diuerse/ sꝫ differētes cum sint aliq̄d idē entes Differentia enī sunt aliq̄d idem entia. ex q̄nto metha. ille igit̄ differētie includūt ens et differūt ꝑ alias differentias. Et tūc quero de illis vtrū includāt ens i quid vel non Si sic: querā de illis sicut de prioribus/ et ita erit ꝓcessus i infinitū in differentijs. vel stabitur ad aliquas oīno nō includētes ens quiditatiue qđ est propositū. ℂ Scđo ꝓbat̄ idē de passionib⁹ entis. passio ꝑ se scđo modo p̄dicat̄ de subiecto (prio posteriorū) igit̄ subiectū ponit̄ i diffinitione passionis vt additū in eodē. 1. ꝛ. 7. metha. quare nō est de rōne q̄ditatiua eius per se primo mō. Itē predicationes de per se nō conuertunt̄ (primo posteriorū) cū ergo passio predicet̄ de subiecto ꝑ se scđo mō: vt dicēdo ens est vnū hoc vnū est ens/ non est per se quasi per accidēs

Q.2 [O]Einde q̄ro vtrū deus sit naturaliter cognoscibilis ab intellectu viatoris? Et videtur q̄ nō. q2 ari. 3. đ aīa. Fātasmata se h̄nt ad itellectū/ sicut sēsibilia ad sēsū. igit̄ itellectus nichil itelliget nisi cui⁹ fātasma pōt ꝑ sensū app̄hendere. de⁹ nō hꝫ fātasma: igit̄. ℂ Itē secūdo metha. sicut ocul⁹ noctue ad lumen solis: ita intellect⁹ noster ad ea que sunt manifestissima nature. sed ibi est impossibilitas. ergo et hic. ℂ Itē infinita non ꝯtingit cognoscere. scđo metha. ergo nec ifinitū. ꝓbatur ꝯsequētia. q2 eadē videt̄ improportio intellectus ad ifinitū itēsiue: q̄ ad ifinitū i multitudine. ℂ Jtem greg. sup ezechielem q̄ꝫtūcūqꝫ mens nostra in contēplatione dei profecerit/ nō ad illud quod ipse ē: sꝫ ad illđ qđ sub ipso ē attigit. ℂ Cōtra. 6. methaphisice. Methaphisica est theologia seu sermo de deo. et i actu methaphisicali seu i speculatione substantiarū separata᷑ q̄ponit aristoteles felicitatem naturalē. 10. ethicoꝝ. ℂ R̄nsio. p̄suposito ex questione precedēti q̄ possumus naturaliter cōcipere deū in cōceptu cōi vniuoco sibi ꝛ creaturis. pono q̄ttuor dicta. Primū ē q̄ de⁹ nō cognoscit̄ naturaliter a viatore i particulari et ꝓprie hoc ē sub ratiōe huius essētie vt hui⁹ ꝛ i se. q2 sub ratione talis cognoscibilis ē obiectū volūtariū nō naturale nisi respectu sui intellect⁹ tm̄. Et iō a nullo intellectu creato pōt sub rōe huius essētie vt hec est/ naturalit̄ cognosci. ℂ Secūdo dico q̄ nos possum⁹ q̄si i qu[a]d[am] descriptione deū cognoscere: cōcipiendo oēs perfectiones simpliciter et i summo iuxta doctrinam anselmi monologiō. vbi vult q̄ de quid est simpliciter melius ipm̄ q̄ꝫ non ipsū attribuendū est deo sicut quodcunqꝫ non tale est ab eo remouendū. puta atribuendo ei perfectissime rōnem formalem sapientie intellectus et volūtatis seclusis oībus ipfectio=

In op= po. | p rñ sione po. q̄ttuor di cta. p̄mū | scđm dctm̄

nibus comitantibus eã in creaturis. et sic ad multos concept⁹ ꝓprios de deo possumus peruenire: qui nõ cõueniũt creaturis/ vt quia deus est ens infinitum/ bonum infinitum/ ꝛ sic de aliis.

tertium. ¶ Tertiũ dictũ est ꝙ ꝯcept⁹ pfectior ꝛ simplicior nobis possibilis ẽ ꝯcept⁹ ẽtis ifiniti. Iste eni est simplicitior ꝙ̃ ꝯcept⁹ ẽtis boni/ entis veri/ vel aliquorũ similiũ. q2 ifinitas nõ est q̃si attributũ vl' passio entis siue ei⁹ a quo dr̄: sed dicit modũ intrīsecũ illi⁹ entitatis. Ita ꝙ cũ dico ens ifinitũ: non habeo subiectũ concep tũ quasi per accidẽs ex subiecto ꝛ passiõe: sed cõceptũ per se subiecti i sũmo gradu pfectiõis sicut albedo intensa non dicit vnum conceptum per accñs: sicut albedo visibilis. imo itensio dicit gradum intrinsecum albedinis in se. et ita patet simplicitas huius conceptus ens infinitum. Perfectio etiã istius conceptus ꝓbat. q2 iste concept⁹ iter oẽs cõcept⁹ a nobis ꝯceptibiles plura virtualiter icludit. Sicut eni ens virtualiter includit vnũ et bonũ per se: ita ens infinitum includit vnũ infinitũ ꝛ bonũ ifinitũ.

quartũ dictum ¶ Quarto dico ꝙ ista q̃ cognoscunt de deo cognoscuntur per species creaturarum. q2 siue magis vniuersale siue min⁹ vniuersale cognoscãtur per eandẽ speciem minus vniuersalis siue vtrũqꝫ habeat speciem intelligibilem sibi propriã: saltẽ illud qd̓ potest imprimere speciẽ minus vniuersalis i intellectu: põt etiã causare speciem cuiuscunqꝫ vniuersalioris/ ꝛ ita creature que imprimũt proprias species in itellectu. pñt imprimere spẽs transcendentium/ q̃ cõmuniter cõueniũt eis ꝛ deo. Et tũc itellect⁹ ꝓpria virtute põt vti multis speciebus simul ad concipiendum illa simul quorũ sũt iste species puta spẽ summi. specie boni: specie actus/ ad concipiẽdũ sũmũ bonum ꝛ actualissimũ. qd̓ apparet per locum a minori. ymaginatiua ei põt vti specieb⁹ diuersorũ sẽsibiliũ ad ymaginandum compositum ex illis diuersis. sicut apparet ymaginando montẽ aureum.

obie. ¶ Cõtra predicta arguit. q2 fm dyonisium libro de ãgelica hierarchia. negationes de deo sunt vere. affirmationes vero incompacte. igitur de deo non habemus aliquẽ conceptũ affirmatiuũ sed tãtũ negatiuũ. ¶ Rñdeo ꝙ dyonisius non vult negare quĩ de deo possim⁹ multa predicta affirmatiua enũciare. Unde ait psalmista. Deus iudex iustus fortis ꝛc. sed itẽdit ꝙ nõ possumus aliquẽ cõceptũ de deo habare sub ꝓpria ratione deitatis. vel intendit de affirmationib⁹ in qbus de deo asserunt perfectiones reperte in creaturꝭ eo modo quo sũt i ipsis scilicet cũ iperfectione/ puta asserendo deũ esse sapiẽtẽ sapiẽtia accidẽtali. talis eni affirmatio nõ esset bene cõpacta/ cũ ꝑdicatũ vt sic repugnet subiecto: et sic nõ esset ipsorum debita cõpositio.

rñsio ẽ ad rões obie. ¶ Ad argumẽta. Ad primum dico ꝙ illa similitudo debet intelligi ꝙ̃tum ad primam motionẽ intellectus ab obiecto. Ibi eni fãtasma cũ itellectu agẽte hꝫ vicem

obiecti primi mouentis. sed non debet intelligi quantũ ad omnẽ actum sequentẽ primam motionẽ potest enim intellect⁹ abstrahere omne obiectum inclusũ in obiecto primo mouente: ꝛ considerare illud abstractum nõ considerãdo illud a quo abstrahit / et sic considerare cõmune sensibili et insensibili ꝛ illud attribuere deo vt dictum est. ¶ Ad secũdum dicitur vno modo ꝙ similitudo debet intelligi de difficili et non de impossibili. Si vero intelligatur de impossibili: tunc intelligit de noticia intuitiua. ita ꝙ sicut est impossibile oculo noctue ītueri solem: sic impossibile est itellectui nostro naturaliter et intuitiue cognoscere deum. ¶ Ad tertiũ dico ꝙ nõ est simile de īfinito in multitudine i actu ꝛ de īfinito intensiue i pfectione: qꝛ cognitio obiectorũ infinitoꝝ numeraliter concluderet infinitatẽ potẽtie cognoscẽtis: vt patet in q̃stione de infinitate. Non sic autem cognitio obiecti infiniti in pfectione. qꝛ act⁹ finit⁹ potest attingere obiectum infinitũ Nõ enī oportet actũ habere talẽ modum realẽ qualẽ habet obiectũ: nisi esset actu compꝑhensiuus. Loquor aũt de actu compꝑhensiuo non quidem intelligendo comprehensionem pro clara visione obiecti / sicut beati dicũtur comprehensores / sed accipiẽdo comprehensionem pro cognitione totali obiecti q̃ntum est cognoscibile ꝛ talis actus nõ potest esse obiecti īfiniti nisi sit īfinit⁹. Dictuȝ ¶ Ad grecorium dico ꝙ non debet intelligi ꝙ contemplator sistat sub deo in aliqua creatura. Gregorij qꝛ hoc esset frui vtendis. sed qꝛ dup. contemplatio de lege communi stat in aliquo conceptu communi qui est minoris itelligibilitatis q̃ꝫ de⁹ in se. vt est hec essẽtia.



Iuxta hoc q̃ro vtrũ qõ.2. de⁹ sit p̄mũ cognitũ a nobis naturaliter p statu isto. Qꝫ sic. Arguo / vnũqđ ꝙ sicut se hꝫ ad eẽ ita ad cognitionem (scđo methaphisice) sed deus est primũ ens. igitur primũ cognitũ. ¶ Itẽ nichil pfecte cognoscitur nisi deo perfecte cognito. igitur nec simpliciter cognoscitur nisi eo simpliciter cognito. cõsequẽs patet sicut maximũ ad maximum. sic simpliciter ad simpliciter ꝛ ecõuerso secũdo topicorũ. ¶ Itẽ pfectissimus actus potẽtie est circa obiectũ simpliciter primũ. pfectissim⁹ aũt act⁹ est circa deũ (10. ethicorũ) igit deus ẽ simpliciter primũ obiectũ cognoscibile. ¶ Cõtra ois nostra cognitio orit a sensu (prio methaphisice) igitur de⁹ qui est a sensu remotissimus nõ est primo cognitus ab intellectu nostro. ¶ Respondeo ꝛ dico ꝙ triplex est ordo intelligibiliũ. Rñdeo ad q̃stionem. Un⁹ est secũdũ prioritatẽ originis vel generatiõis. Alius secundũ p̄mitatẽ pfectionis. Tertius vero secũdũ prioritatẽ adequationis. Quantũ ad primũ premitto duo quorũ primũ est ꝙ ꝯceptus simplicit simplex est qui nõ est resolubilis in plures conceptus / vt concept⁹ entis vel vltime differentie. Conceptum simplicem sꝫ nõ simpli-

Utrum deus sit primum cognitum a nobis naturaliter pro statu isto de cognitione vniuersalis.
Utrum deus sit obiectum adequatum intellectus viatoris.
Utrũ ĩ creatura sit vestigiũ trinitatꝫ. Dria ibi itˀ vestigiũ ⁊ ymagi.
Utrũ ĩ intellectu sit spẽs intelligibilis priori actu intelligendi.
Utrũ pars intellectiua sit cã totalis noticie vel oppositũ. Ibi nota de intellectu agente et possibili et incompossibilitate relationum / et quomodo materia ex qua et in qua non coincidunt.
Utrũ in mente sit ymago trinitatis distincte. Et nota ibi qˀ duplex ymago trinitatis inuenitur.

Similiter nota ibi De intellectu/memoria et actione immanente et transeunte/et quod mens dicitur quadrupliciter.
¶ Circa di. 4. queritur. utrum illa sit vera. deus est pater et filius et spiritus sanctus. et deus genuit deum.
¶ Circa dist. 5. queritur an essentia generet vel generetur.
Nota ibi de errore ioachin. Et videlicet de multiplici abstractione/ ecclesie universalis auctoritate. Et tria dubia soluta.
Utrum filius generetur de substantia patris/et de incompossibilitate infiniti et identitate generationis et paternitatis. Et quomodo essentia fundat relationes.
¶ Circa distin. 6. queritur. utrum pater genuit filium voluntate. Ibi in responsione ad argu. Nota quod necessitas naturalis. duplex est/
Circa di. 7. utrum potentia generandi in patre sit absolutum vel proprietas patris. Nota ibidem tres conclusiones Et de generatione univoca in deo.
¶ Circa distin. 8. utrum deus sit summe simplex Nota illic de multiplici compositione/de esse existentie/de perfectione simpliciter Et quomodo differunt summe simplex et simpliciter simplex.
Utrum anima rationalis sit tota in qualibet parte corporis Ibi nota de anima sensitiva. et vivere dupliciter. Et quomodo reperitur. triplex simplicitas.
Utrum aliquid dictum de deo sit in genere Nota ibi duo dubia.
Utrum cum simplicitate divina possit stare distinctio perfectionum essentialium Nota quid dicuntur attributa. predicatio identica et distinctio essentialis et notionalis.
Utrum solus deus sit immutabilis Nota ibi quod deus non se habet necessario ad creaturas. et de diffinitione forme etc.
¶ Circa di. 9. utrum generatio filii sit eterna. Nota ibi quomodo persone distinguuntur realiter a se.
Circa di. 10. utrum spiritus sanctus producatur per modum voluntatis Nota de libertate et necessitate de libere et contingenter agere et quomodo spiritus sanctus sumitur diversimode.
¶ Circa di. 11. utrum spiritus sanctus procedat a patre et filio de auctoritate universalis ecclesie habetur ibi in fine q.
Utrum si spiritus sanctus non procederet a filio possit stare distinctio realis ab eo.
Circa di. 12. utrum pater et filius spirent spiritum sanctum inquantum omnino unum Et si debent dici duo spirantes vel spiratores.
Circa di. 13. utrum productio spiritus sancti sit generatio.
Circa di. 14. utrum spiritus sanctus vere detur creature intelligibili.
¶ Circa di. 15. utrum quelibet persona mittat et mittatur.
¶ Circa di. 16. utrum spiritus sanctus fuerit missio visibilis. Nota ibi alia dubia pulchra.
¶ Circa di. 17. utrum habitus habeat rationem principii activi respectu actus. Et nota ibi De causa bonitatis moralis in actu.
Utrum necessarie sit ponere caritatem creatam formaliter inherentem nature beatificabili Nota ibi que sit causa prior. habitus vel potentia. An aliqua

di.i. q.i.



Irca scđz sentētiarū In quo agit creatione mūdi. Quero vtrum mundus fuerit de nouo a deo creatus? ¶ Et videtur q̄ non. quia si aliquid producitur quod prius non producebatur. hoc ē quia aliquid aliter se habet nunc q̄ prius. Istud non potest poni passum: quia creatio nichil presupponit. ergo talis mutatio erit in agente. sed primum agens immutabile. igitur ¶ Preterea. 2. de generatione. Idem manens idem semper natum est facere idem. igitur non erit aliqua variatio in effectu: nisi prius naturaliter ponatur in causa. ¶ Preterea si nulla ponatur mutatio ex parte cause nec possit esse aliquid impeditiuum eius: non videtur ratio quare nunc agat et prius non egit. ¶ Item illud quod creatur prius habet possibilitatem ad esse q̄ producatur in esse: et tūc ista possibilitas nō est nichili sed alicuius entis secundum aliquod esse oportet ergo ab eterno precedere aliquod esse in quo fundetur talis respectus non esse exñie. ergo esse q̄titatiuū vel essentie et sic creatio non erit productio de nichilo: cū aliquod eē presupponat. ¶ Itē tp̄s est sine principio: ergo mūdus non fuit creatus de nouo. probatur añs qr si nō: igr potuit prius tp̄s fuisse q̄ fuerit. sed prius vel ante est differētia tp̄is. ergo añ tp̄us fuit tp̄s. ¶ In oppositū. genesis i. In principio creauit de᷒ celū et terram. ¶ Huius questionis veritas latuit prudētiam ph̄oꝝ qui in hui᷒ questionis iquisitione lōgo tp̄e soli rōni naturali innitēdo per deuia ambularūt. sz nūc cuilibet fideli ē apta ⁊ lucida. Ubi ei deficit ph̄oꝝ pitia subuenit nobis sacrosctā scriptura q̄ dicit oīa in p̄ncipio fuisse creata. ¶ Ad cuius euidētiā sciēdū q̄ creatio ē factio de nichilo. nō quidē intelligendo q̄ nichilū sit quasi materia qua fiat aliquid p creationē: sed sic itelligēdo q̄ creatio est factio nullo presupposito. ita q̄ nō est aliquid de q̄ fiat. sed quod creatur habet esse post non esse simpliciter. factio autē in plus est q̄ creatio. cōuenit eñ creatiōi q̄ nichil presupponit ⁊ gñatiōi que aliqd p̄supponit. siue sit generatio sbalis siue accidētalis. Aliqñ tñ large loquendo vnū sumitur pro reliquo. ¶ Est itaq̄ oē ens aliud a deo creatū vl' scđm scriptum vel secundū prima principia ex quibus ē ɔstitutū. ⁊ hoc secūdo modo ens naturaliter productum scđm aliquid est creatū. et scđm aliquid est gñatū. ¶ Qr vero vt ait sapiēs. vniuersa ppt semetipsū operatus ē dñs. idcirco ratio pductionis rerū est bonitas et gl'ia diuina. Ut eni ait augu. quia bonus est deus / sum᷒ gloria inq̄ non est augēda. quia et ait p̄s. Dixi dño deus meus es tu qm̄ bonoꝝ meoꝝ non egeo. sed gloria ⁊ bōitas nobis manifestāda ⁊ cōicanda in cuius participatione consistit summa vtilitas creature scilicet eius glo

Rñe

creatio.

rificatio. hanc siquidē bonitatem boni attēdentes plus gaudent de diuina glīa et honore: q̄ȝ de sua glorificatiōe. plusq̄ȝ iocundantur deū laudādo q̄ȝ bonū ppriū cōsiderādo ¶ Sed hic occurrit dubiū vtrū mūdus ab eterno potuerit produci a deo? ¶ Dicūt q̄dā q̄ sic. Alij vero vt bonauentura et rich. dicunt q̄ nō. et q̄ hoc implicat cōtradictionem. cū enim creatura sit de nichilo: repugnat sibi eternitas. Scotus vero rationes vtriusq̄ȝ opiniōis soluēs: videtur in hac materia esse neuter. Huius ergo dubij certitudo illi relinquitur: cuius est iperscrutabilis cōsilij celsitudo. ¶ Ad argumenta. Ad primum dico q̄ agēs voluntariū volūtate antiqua pōt nouū effectum producere absq̄ȝ sui mutatione/ facta tamen mutatione ex parte creature accipientis esse post nō esse. vt si per actum voluntatis mee possem librum producere i esse et hodie vellem librum cras habere esse Ille crastina haberet nouum esse absq̄ȝ aliqua mutatione ex parte mei. Sic volitione qua deus voluit ab eterno res temporaliter produci. ipse res sunt tempo raliter producte facta tantum mutatione in ipsis rebus productis/ non autē in passio/ q2 nullū est ibi passum. ¶ Ad secundum dico q̄ aristoteles loquit̄ de agēte naturali. ¶ Ad tertiū dico q̄ causa volūtarie agens producit effectū quādo vult. quando ergo deo placuit mūdū creauit nec huius est querēda ratio. q2 vt dicit aristoteles. Indisciplinati est oīm querere demōstrationes. pricipij aūt demonstrationis nō est demonstratio: ꝛ sic in contingentibus est deuenire ad vnā imediatā cū non sit processus in infinitū. vnde ista voluntas diuina hoc vult est imediata / q2 eni hoc vult esse: ideo est bonū esse. ¶ Ad quartum dico q̄ talis possibilitas fūdatur in esse cognito quod est esse in actu scd̄m quid: scilȝ scd̄m eē diminutū. et ipsum concomitatur possibilitas ad esse simpliciter. ¶ Ad quintum dico q̄ prius vl' ante in proposito est differentia non tēporis realis: sed tēporis ymaginati. sicut dicendo extra celum nichil est extra nō dicit locum realem sed ymaginatum.

Dubium.

Rñō ad ar

Utrū creatio passio/ seu relatio creature ad deū sit idē realit̄ cū creatura? ¶ Q3 nō Nichil manet sine eo qd̄ eu sibi idē realit̄: sed angel9 manet sine tali relatione: ergo non est sibi idem. Minor probatur. quia angelus manet post primum instans sue creatiōis. creatio autem nō est nisi in primo instanti. ¶ Preterea predicamēta sunt primo diuersa cum ens secundum se diuidatur i illa ex quinto metaphisice. igitur nichil vnius predicamenti est idē alicui alterius predicamēti igitur nulla relatio est eadem alicui absolute ¶ Cōtra non minus dependet quodlȝ creatū ad deū. q̄ȝ quodcūq̄ȝ creatū ad creatū. q2 depēdētia ad primū videtur esse essentialissima. sed totū habet relationē ad partes eandem

Qo. 2

sibi: qr non potest esse totum et nõ esse ex partib9. ergo pari ratione ad causam primã licet extrinsecã habebit dependẽtiã eãdẽ sibi. licet eni causa extrīseca nõ cõponat rem sicut intrinseca perfectius tamen causat rem ꝙ intrinseca. qr cõponere rem includit imperfectionẽ scilꝫ potentialitatẽ. ¶ Hic est opinio henrici. de gãdauo: ꝙ oīs relatio est eadẽ suo fundamento. ꝓbatur. qr nõ est cõpositius album simile ꝙ albũ tãtũ. et per consequẽs relatio similitudinis non addit aliam rem ad fundamentum. ¶ Item si esset alia res a fundamento. igitur cuicunqꝫ adueniret de nouo mutaretur. quod ẽ contra aristotelem quinto phisicorum dicentẽ ꝙ ad aliquid nõ est motus. ¶ Preterea si relatio esset alia res a fundamẽto: haberet formaliter ex se distinctionẽ i species suas. cõsequẽs ẽ falsum: qr distinctio specierum relationis sumitur penes fundamẽta: quinto metaphisice. sic relationes equiparentie requirũt vnitatem fundamẽti non autẽ disquiparentie. ¶ Contra istam opinionẽ arguit scotus. Nichil est idẽ realiter alteri: quod absqꝫ contradictione potest eẽ sine eo: sed multe sũt relationes sine quibus fundamẽta possunt esse ergo multe sunt relationes que nõ sunt idẽ realiter cũ suis fundamẽtis Probatur maior: quia ꝙ idem ens sit realiter et nõ sit est oppositum primi principij. Minor patet: qr si ponãtur duo alba/ vnũ erit simile alteri. si vero corrũpatur vnum illorum remanebit aliud album absqꝫ illa similitudine. ¶ Item si relatio nichil sit aliud a suo fundamento quod tamen manet sine ea: videtur negari incarnatio/ et separatio accidentium a subiecto in encharistia. Primũ probatur Si enim idem realiter nature humane sit vnio eius ad verbũ. igitur si nunqꝫ verbum assumpsisset naturã humanam et fecisset eandem absolutam: ipsa eque realiter fuisset vnita verbo sicut modo vnita est/ quia saluaretur tota realitas nature tunc sicut modo. Secundum etiam de eucharistia probatur. quia si manet eadem quantitas que prius inerat pani/ et nichil aliud est inherentia eius ꝙ ipsamet quãtitas. ergo ipsa eque realiter nũc vnitur panis sicut prius. ¶ Confirmatur per sanctum ambrosium libro de trinitate. Si prius erat deus et postea pater generationis accessione est mutatus auertat deus hanc amentiam. si igitur per accessionem relationis reũlis fieret mutatio in persona diuina: sequitur ꝙ relatio illa est res alia a fundamento. ¶ Quia autem aliqui propter sentientes possent dicere relationes habere tantum esse p actum intellectus comparantis. Contra hos arguitur. quia hoc destruit vnitatem vniuersi. que secundum aristotelem. 12. methaphisice est in ordine partium ad seinuicem et ad principium sicut vnitas exercitus est in ordine partium inter se et ad ducẽ. ¶ Unde contra tales potest adduci verbum philosophi ꝙ incõ

Rño hẽrici.

Ar.ꝫ dicta

nexam faciunt vniuersi substantiam. Hoc etiam destruit scientias reales: in quibus passiões demõstrantur de subiectis que plerumque sunt quedam relationes seu aptitudines. vt patet de resibilitate respectu hominis. sic in mathematica vbi agitur de proportionibus et mensuris sepe de subiectis demonstrantur passiones relatiue. vt de tribus angulis trianguli demonstratur esse equales duob' rectis ¶ Q(si dicatur relationes esse modos rerum: hoc nõ impedit quin ex natura rei distiguantur a fundamentis: cum relatio cadat sub diuisione entis secundum se in decem genera (quinto metaphisice) sic qualitas que est in se vera res potest dici modus substantie licet non sit modus intrinsecus fundamenti: sicut infinitas in deo. ¶ Dico igr q relatio realis est vera res: nec omnis relatio est idem realiter cum fundamento: sed tantum ille sine quibus fundamentum esse/implicat contradictionem (cuiusmodi est relatio creature ad deum.) ¶ Ad primum argumẽtum in oppositũ dico q licet albũ simile non sit compositum ex entibus absolutis: tamẽ est cõpositius q albũ/cum habeat in se actum/et positionẽ distictã realiter. ¶ Ad secundum dico q licet in ad aliquid non sit modus proprie dictus: bene tamen est mutatio. ¶ Ad tertiũ dico q relatio habet distinctionez in suas species. tamen ista nõ innotescit nobis nisi per fundamẽta propter eius modicã entitatẽ

¶ His premissis dico ad q̃stionẽ scdʒ sco. 31. disti. 4. sen. et. 21. q. quoli. q non est proprie creatio actio nec creatio passio cũ actio nõ sit nisi respectu alicuius passi. creatio aũt nõ presupponit aliquod passũ. Unde creatio passio dicit relationem depẽdentie creature ad deum/que est idem realiter cum creatura. & ab ipsa distinguitur formaliter. ¶ Primuʒ probatur. quia illud quod proprie dicitur inesse alicui sine quo ipm nõ potest esse sine contradictione/est idẽ sibi realiter: relatio creature ad deum proprie inest lapidi/et sine ea nõ potest esse lapis sine cõtradictiõe. ergo illa relatio est idem sibi realiter Probatur maior. q2 sicut cõtradictio dicta de aliquibus est via cõcipiẽdi distinctionẽ (vt patet ex primo argumẽto contra opinionem henrici) ita ipossibilitas recipiẽdi pdicationẽ cõtradictoriorum ptinentiũ ad esse: est via cõcipiẽdi idẽtitatẽ in esse. & hoc vbi nõ est dependẽtia eẽntialis que requirit distinctionẽ manifestã. vt pꝫ in relatiuis in quibus est mutua dependentia et vbi est prioritas eẽntialis. quia posterius nõ põt esse sine priori a quo eẽntialiter depẽdet: et tñ realiter distiguit ab eo. Minor patet. q2 si lapis posset esse sine dependentia ad deũ: posset esse sine termino depẽdẽtie. nõ enim est ipossibilitas eẽndi sine termino nisi pp ter ipsam depẽdentiam. Dixi aũt in maiori qd inest alicui proprie pp ter illa in quibus est eẽntialis depẽdentia/in quibus nõ est inesse pprie/talia aũt

Rño scoti.

distinguntur realiter & vnū non possit esse sine alio. vt posterius distinguitur realiter a priori: a quo essentialiter dependet licet non possit esse sine illo/sic etiam relatiua inter que ē ordo originis distinguūtur realiter lȝ vnū nō possit esse sine alio. nichil enim pōt se generare nec a se eēntialiter depēdere. tū etiā ꝓpter relationes rōnis q̄ hn̄t eē ab eterno per actū itellect⁹ dini sine q̄bus īpossibile est eē itellectū dinū vt est esse cognitū/q̄ nō insūt ꝓprie ipsi itellectui cū nō sint in itellectu nisi obiectiue. tales rōes nō sūt idē realr cū intellectu dino: qꝛ tūc eēnt reales. Scdȝ aūt. s. ꝙ rło creature ad deū nō sit idem formalr cum creatura: qꝛ rō respect⁹ nō est formalr de rōne absoluti nec ecōtra: ex. 4. metha. Sic itaqȝ rō creature ad deū distinguit formalr a creatura licȝ sit idē realr cū ipa q̄ ꝓprie loqn̄do dicit eidē cōcreari/Illud eni ꝓprie creatur: quod natū ē p se existere/qđ vero nō est natū per se existere: dicit ꝓprie cōcreari. ¶ Qꝛ vero creatura in nichiluȝ redigeretur si deus per momentum desineret ipsā ꝯseruare: vn̄ ad hebreos. i. fili⁹ dei dicit portans oia verbo ꝟtutis sue. i. suo virtuoso iperio. Idē eni est ei dicere et facere. Ideo creatura dependet a deo creāte et ꝯseruāte. ¶ Est autē idē respect⁹ a pte rei ad deū creātē & ꝯseruātē lȝ creari iportat hmōi r̄spectū cū respectu rōis ad nō eē p̄cedēs ꝯseruari ꝟo cū respectu rōis ad eē p̄cedēs. & sic creatura nō creat nisi in p̄mo instāti/nec ꝯseruat ꝓprie nisi post p̄mū istās. tn̄ si respect⁹ ille realis p̄cise duab⁹ vocibus signaret: vna p̄dicaret de alia & sic sil̄ eēnt creari & ꝯseruari ¶ Quia aūt creatio passio/rela tio realis creature ad deum: io creatio actio ē relatio rationis dei ad creaturam corn̄dens. Unde creatio actio formalr dicit hmōi respectum cōnotando volitionē dinam transeuntē super obiectum productū. Ille autem respectus habet solū esse in intellectu obiectiue. Uolitio aūt dina cōnotata/est ip̄e de⁹. obiectum vero super quo transit est ipsa creatura ꝓducta. Licet aūt creatio non proprie dicatur actio cū non requirat passum. retinet tamen nomen actionis inq̄ꝫ tum ad terim productum ¶ Ad primū principale dico ꝙ respectus depēdētie creature ad deū non tm̄ manet in primo instanti sed q̄diu durat creatura. et qn̄ dicit ꝙ creatio nō est nisi i p̄io instanti: concedo. inq̄ꝫtum creatio vltra respectū realē dicit respectū rōnis ad non esse precedens. ¶ Ad scđm dico ꝙ cum illa relatio cōueniat cuilibȝ generi non est in genere: sed est transcēdens. ¶ Aliter pōt dici ꝙ nō oportet predicamēta vel ea que sunt in diuersis predicamentis esse p̄io diuersa realiter lȝ sufficit ꝙ distinguantur formaliter. Ad arg. prin.

Utrum angelus & aia differant specie? Qꝫ nō Augu. 3. delib. ar. Angelus & aia sūt natura pares ergo nō differunt specie. probatur ꝯn̄a q. 3.

q2 paritas in natura nõ est i dif ferentibus specie. ¶ Item si sint alterius speciei: vna secundum se totam erit nobilior altera. ꝛ p ꝯñs quodlibet indiuiduũ nobilior erit nobili⁹ quolꝫ idiuiduo ignobiliorũ ꝛ si sic natura ãgelica sit nobilior natura hũana q̃libet angel⁹ erit nobilior aia xp̄i et virginis gloriose. ¶ Contra. aia est perfectiua corporis organizati ꝛ ei vnibilis: non autẽ angelus. ergo specie differũt. Probaẗ ꝯña. q2 forme eiusdẽ rõnis habẽt eandẽ rõnem perficiendi. ¶ In ista q̃stiõe ꝯclusio ẽ certa q sez angelus et aia specie differũt. Sꝫ q̃ que sit prima rõ huius distinctiõis dubitatur. Quidam dicũt q vnibilitas ad materiam et nõ vnibilitas est hui⁹ ratio: sed hoc non est verũ. licet enim nobis notificetur hmõi differẽtia per vnibilitatẽ q2 plerũqꝫ differentie nobis ignote notificãtur per ppꝛias passiones tñ non ẽ ppꝛia rõ huius distinctionis. Q2 enim hec natura est talis et illa non: ideo huic nature ꝯuenit talis aptitudo. ꝛ repugnat illi. ¶ Alij dicũt q differũt penes modos intelligẽdi. quia angelus habet intellectũ dei formen intelligẽdo sez actu simplici ꝛ sine discursu: iõ proprie dicit̃ ĩtellectualis. Aia vero intelligit discurrẽdo ꝛ ratiocinãdo a principijs ad cõclusiões. iõ ppꝛie dr̃ rõnalis. Sed hoc est dubiũ aliquibus. Quidã eni dicũt q aia separata habet eundẽ modũ intelligendi quẽ habet angelus. ꝛ huius op. est bonauen. Scotus vero. 3. di. 5. scdi dicit q non est necẽum q ãgel⁹ sine discursu sit intelligat principiũ et conclusiones contẽtas virtualiter i pꝛicipio: lꝫ nõ reqratur tãta mora sicut i nobis. Dato etiã q sit talis differentia modi intelligẽdi iter angelũ ꝛ aiam. hec tñ non est ppꝛia rõ distictiõis eorũ q2 ei hec natura est talis: iõ est principiũ talis opationis ꝛ non ecõuerso. Dicit igiẗ scotus q ppꝛia rõ distictiõis angeli ꝛ aie est: q2 angelus ẽ talis natura ad se: aia vero talis: iõ spẽ distiguntur. non q̃dẽ sicut due spẽs: sꝫ sicut spes et pars spẽi: q2 aia proprie non est spẽs: sꝫ pars spẽi. ¶ Ad pmũ argu. dico q angelus et aia sũt natura pares non simpliciter sꝫ in ordine ad obiectũ btificũ adipiscẽdũ. q2 nulla natura intellectualis põt q̃etari nisi i obiecto infinito. ꝛ sic possũt solui auctoritates ꝯsiles. ¶ Ad secundũ dico q licꝫ aia xp̄i ꝛ ṽginis gl'iose nõ sint tãte pfectionis i naturalibus sicut angeli sunt tñ multo maioris igratuitis. de quo magis videbitur in tertio. Ad argu.

Circa di. 2. i qua magister agit de tpe et loco creatiõis angeli. q̃ro vtrũ existẽtia angeli commẽsuret̃ euo? ¶ Ad cui⁹ euidentiã primo aliqua pmittam secũdo ad q̃situm rñdebo ¶ Quantũ ad primum sciendum q mẽsurare est q̃titatẽ ignotã certificare p q̃titatẽ magis notã. qđ põt fieri aliquãdo p q̃titatẽ exñtem i ymaginatione. sicut artifex pfectus p aliquã q̃titatẽ quã hꝫ i ymaginatiõe mẽsurat quãcũqꝫ q̃tis di. 2. mensura rẽ.

tatē sibi occurrentē. Aliqñ vero fit p q̄titatē i re existem. et hoc dupl'r. Uno mō p q̄titatem excedentē. ⁊ tūc certificatur itellect⁹ de q̄titate minore p accessū ei⁹ ad q̄titatē maiorē vl' p recessum ab ea. ⁊ sic albedo est mēsura colorum q̄ excedit alios colores i q̄titate pfectionis hoc enim modo in vno quoq; gn̄e est vnū qđ est mēsura oīm aliorū. Alio modo per q̄titatē excessā. ⁊ sic p replicationē q̄titat' minoris note mensurat q̄titas maior ignota et hoc mō mior mot⁹ pōt eē mēsura maioris motus ex natura rei. Tertio modo mēsuratur q̄titas ignota p aliam q̄titatē nō tam equalē sibi ⁊ hoc fit p applicationem siue suppositionē. et hoc modo tp̄s si est alia q̄titas a motu et noti⁹ eo pōt eē mēsura mot⁹ ex natura rei. Alicui tn̄ intellectui pōt illud esse mensura: qđ ex natura rei non est mensura. puta si eius q̄titas sit sibi notior. et sic si quātitas motus esset alicui notior tempore: posset per motum mēsurari tēpus.

euo. men surā tur. ¶ Quantum ad secūdum tenet cōiter pars affirmatiua q̄ scil; exn̄tia angeli mēsuratur euo: s; mod⁹ ponēdi est difformis. quidā eni dicūt q̄ sicut tp̄s est mensura mot⁹ seu ei⁹ duratio mora et cōtinuatio/sic euū est duratio seu ꝯtinuatio existentie euiterni seu esse creati vniformiter se habētis Ita q̄ euū est quedā quātitas successiua intriseca ipi euiterno/puta angelo cui ꝯcreatur primum instans ipsius eui. cui⁹ quidem eui esse est in fieri: sicut esse tēporis. ita q̄ vna parte trāseunte alia succedit secūdū cōtinuū in fluxū p̄me cause. sed in hoc differunt quia in tēpore est successio cum successione in motu cuius est duratio vel mensura sicut eni pars temporis recedit ⁊ alia succedit sic ⁊ pars motus. ita q̄ est innouatio ⁊ in tempore et in motu. In euo autem licet sit successio ⁊ innouatio q̄ pars succedit parti: non tamen est aliqua inouatio in existētia euiterni cuius euū est duratio. Dicunt aūt isti q̄ ista quātitas est de genere quātitatis. sed de hac nō fecit aristoteles mētionē quia intēdebat agere de quantitatibus horum inferiorū. ¶ Alij autē dicūt euū esse mensurā indiuisibilē nec pertinere ad genus quātitatis nisi reductiue sicut indiuisibilia. Ita q̄ ymaginātur primū instans eui in quo dicunt angel⁹ creari semp stare. sicut si deus cōseruaret perpetuo primum instās tēporis. ¶ Tertius modus est (cū nō sit ponēda pluralitas sine necessitate) q̄ nō est necesse in angelo existente ponere aliud ab actuali eius existentia. quod si mensura illius. sed existētia cuiuslibet euiterni mensuratur existentia scilicet existētie creata simplicissima et perfectissima: que ex ratione sua formali est certissima: et sic tantum est vnum euum omnium euiternorum scilicet existentia supremi angeli. Et huic opinioni videtur magis adherere scot⁹ soluens rationes aliarum opinionū q̄ mē num. ¶ Et notandum q̄ licet vt surā quidam dicunt non tantum mē tur surētur motus et quies tēpore: tp̄e.

sed etiam forma secundum quã potest esse fluxus vel acquisitio partis post partem / puta quantitas vel qualitas / quia existentia ei⁹ est, variabilis q̃uis etiã actu nõ varietur. Concedẽdum tamen est substantias generabiles et corruptibiles per se mensurari euo. licet per accidẽs puta per quantitatẽ consequẽtem eas mensurentur tempore. ¶ Et si arguatur. Primum esse substantie generabilis mensuratur instanti: quia generatio et corruptio sunt mutationes istantanee. igitur esse eius habitũ mensuratur tẽpore. Dico ꝙ illa consequẽtia non valet. quia in primo instanti cõparatur illud esse ad causam particularem generantem a qua est. Post illud autem instans non habet dependentiam ad illam causam particularem: sed tãtum ad primã causam cõseruantem ad quam tunc hꝫ habitudinẽ vniformẽ sicut essentia angeli. q̄ conseruatur in ꝑfecta idẽtitate absq̧ varietate. vnde q̄cunq̧ existẽtia inuariabilis cui scꝫ repugnat vt secundũ eã sit fluxus vel acq̄sitio partis post partem mensuratur euo. ꝛ sic intellectio angeli mẽsuratur euo scḋm sco. ¶ Qualiter aũt quies q̄ est priuatio motus mẽsuretur tp̄e: sic declarat idem doctor. Sicut ei si eẽt vacuũ mẽsuraretur eadem magnitudine qua mẽsuratur plenũ: si eni eẽt ista domus vacua: maior esset distantia mei ad vnũ parietẽ q̄ ad aliũ. sicut natũ esset eẽ mai⁹ plenũ inter me et istũ parietẽ q̄ inter me ꝛ aliũ. Tunc eni diceret vacuũ esse tm̄ q̄tum esset corp⁹ interceptum in vacuo si illud vacuũ non esset: et q̄tum natũ eẽt esse plenum. Ita in proposito tã ta est priuatio successiõis in partibus forme: quãta nata est esse successio per motum in eadem forma. Hec enim mensuratio est quietis non positiue sed priuatiue per motum qui tunc posset inesse quãdo inest ista priuatio. ¶ Non sequitur autẽ. quies mẽsuratur tẽpe: ergo exñtia quam presupponit mẽsuratur tempore. quia quies est quedam priuatio que mensuratur mensura sui habitus. existentia autem inuariabilis quã presupponit est ens positiuum. ¶ Notandum insuper ꝙ tempus potest sumi dupliciter. Uno modo proprie pro mensura motus: et sic incepit cum motu. Alio modo large ꝓ mensura vel duratione cuiuslibet rei habentis esse post non esse. et hoc modo conuenit euo et tempori proprie sumpto. et sic vt dicit beda quattuor ꝑmo fuerũt creata. scilicet celum empireum / angelica natura / materia prima / ꝛ tempus. Et hoc modo exponitur illud In principio creauit deus celum et terram. i. in principio creationis rerum vel in primo instanti temporis illo modo sũpti. creauit de⁹ celum empireum repletum angelis. et terram. i. materiam ex qua fuerunt ea que sub celo empireo fuerunt ꝓducta. ¶ Dicitur autem celum empireum seu igneum a pir quod est ignis nõ ab ardore sed a splẽdore. Ponitur autem cõmuniter immobile

tẽp⁹ sumitur dupl'r.

empi reũ.

fluxus / acquisitio.

quia est locus deputatus quieti beatorum in quo nõ ē ymaginandum (secundum bonauenturam) ꝙ sint beati sicut i solario situati. sed illud celum est magne altitudinis: in cuius summitate est xpi hũanitas et ceteros btõs loco et dignitate precellēs iuxta quē est virgo btã sup choros ãgelorũ exaltata. Deīde angeli et hoies scdm meritorum varietatē gradati descēdēdo circum circa miro ordine collocati: quē nemo perfecte nouit/nisi qui accipit. quapropter magis est affectãdus ꝙ ymaginarie describend⁹.

qst.2
Ecũdo Quero vtrum angel⁹ sit i loco? ꝙ nõ. Boeci⁹ de ebdomadib⁹. Cõis animi pceptio est incorpalia in loco nõ esse. ¶ In oppositũ est dam. dicens ꝙ celum est cõtinentia visibiliũ et inuisibilium creaturarum. Infra eni ambitum celi empirei omnia continentur. ¶ Hic dicit

Rño ꝙ angelus est tantũmodo in loco per operationē. ¶ Ad quod adducit dam dicens. Incorporea natura vbi adest et operat: nõ corporaliter sed spiritualiter continetur/ ¶ Sed cotra. qr istud fuit per dñz stephanũ epm parisiēsē tanꝙ erroneũ cõdemnatũ. Pro quo est/ rabanus dicens ꝙ mox vt celũ empireũ fuit creatũ fuit angelis repletũ. ¶ Auctoritas autē dam. cui innititur illa opinio: est pro opposito. quia in illa copulantur ad esse et ad operari vbi esset superfluitas nisi esset aliud formaliter angelum esse in loco ꝙ ipsũ operari i loco

Rabanus

Dico ergo ꝙ esse in loco põt sumi dupliciter. vno modo circumscriptiue/ ita ꝙ superficies locati cõmensuratur superficiei loci cõtinentis. et sic angelus cũ non sit ꝙtt⁹ nõ est i loco/ Alio modo esse in loco sumitur diffinitiue. itaꝙ locatũ sic sit pñs vni loco ꝙ non alteri. et sic angelus est in loco. Non põt autem eē in loco quãtumcũꝙ magno: qr hoc est ppuum dei. ¶ Est ei locus quo maiorē habere non põt virtute ppua. Scdm autē Rich. cũ angelus non sit dimensionat⁹ / nõ est ita pñs spacio ꝙ vna pars ãgeli sit presens vni parti spacij/ et alia pars alij parti/ sed ita pñsens est toti spacio ꝙ totus pñs est cuilibet parti ipsius. Simplicitas eni eius nõ est simplicitas negatiua magnitudinis sicut simplicitas puncti qui nec est extensus nec natus extendi/sed est simplicitas positiua alicui⁹ magnitudis spiritualis / finite tamen. sicut est simplicitas anime rationalis quam dicere possumus aliquam longinquam et debilem imitationē diuine immensitatis. ¶ Licet autem angelus posset esse in pluribus locis sibi adequatis virtute diuina secundũ scotũ: non tamen virtute propria naturali. vnde si scdm vltimum potentie sue potest esse in loco vnius miliaris: non posset esse virtute sua propria in duobus talibus locis quia tũc iste locus non esset sibi adequatus. ¶ Utrum autē angelus habeat locum determinatum in minus ita ꝙ sit aliquis locus cõtinu⁹ quo minorem habere non possit

qsti. et an possit esse in puncto: sunt varie opiniones. ¶ Utrum etiã plures angeli possint esse simul ĩ eodẽ loco pprio virtute ppria. Dicũt qdã q sic. ad hoc adducentes illud qd dicitur in euãgelio q in quodam corpore obsesso erat legio demonũ. Alij autẽ dicunt q licet angelus possit eẽ in eodẽ loco cum corpore: nõ tñ cũ alio angelo. qr angel9 põt penetrare corpus. non autem põt illabi spiritui vel ipm penetrare seu se ei jtimum facere. vñ q̃uis malus angelus subintret corp9 non tamen subintrat animam nec est p substantiam in aliqua parte corporis humani. sed in vacuitatibus ipsius corporis in quibus est aer vel aliqui vapores qui ab essentia anime non pficiuntur. De illis autẽ demonibus in eodem corpore existentibus: dicũt q non erãt in eodem loco proprio: sed quilibet erat p se in vna parte corporis illi9 cũ continuum sit diuisibile in infinitũ. ⁊ huius opinionis ẽ Rich. Prime autem opiniõi magis videtur adherere scotus. ¶ Ad auctoritatẽ boetij dico q intelligitur q in corporalia non sunt in loco circunscriptiue cum sint impartibilia.

Tertio quero vtrũ angel9 moueatur localit? Q; nõ. qr idiuisibile nõ mouet. 6. phisicoꝝ. angel9 est idiuisibilis. ergo. ¶ Cõfirmat. qr om̃e qd mouet/ parti ẽ in termio a q ⁊ parti ĩ termino ad quẽ. ¶ Itẽ 8. phisicorũ. oẽ quod mouet ab alio mouetur. ¶ Itẽ augustin9 super geñ. Deus mouet creaturem spũalẽ per tẽpus: corporalẽ vero per tẽpus ⁊ locũ / angelus ergo cum sit spũalis per tẽpus mouetur et non localiter. ¶ Contra. cum homo moritur anima ei9 sine corpore trãsit ad infernũ aut ad purgatoriũ aut ad celũ: ergo similiter angel9 põt transire de loco ad locum. ¶ Responsio. Cõclusio est clara q angeli de loco ad locum mouẽtur vt patet de gabriele angelo qui missus fuit ad denunciãdũ conceptum virgini gloriose. Ad primum dico q indiuisibile nõ mouetur motu locali proprie dicto per quem scilicet acquiritur vbi circunscriptiue et localiter: mouetur tamen motu locali extensiue sumpto / in q̃tum scilicet acquirit nouam presentiam ad locum / cui prius non erat presens. ¶ Ad cõfirmationẽ dico q successio in motu potest sumi dupliciter vel ex parte spacij qd est diuisibile: vel ex parte mobilis cuius vna pars prius attingit spacium q̃ alia. Cum ergo dicitur q mobile partim est in termino a quo et partim in termino ad quem. Dico q verum est de illo mobili quod habet completam rationem mobilis / ita q ex parte eius sumitur successio in motu. In motu autem angeli licet sit successio: non tamen sumitur ex diuisibilitate mobilis cũ non sit quantus: sed ex parte spacij non q sit resistẽtia ex parte medij sed quia spacium est diuisibile et a virtute finita non potest quodlibet spacium in instãti p-

transiri. Posset tamen angelus virtute diuina transire de extremo ad extremū: nō ꝑtrāscundo mediū. ¶ Aliter etiā posset dici ad ↄfirmationē. ꝙ oē quod mouet partim est in termino a quo ⁊ partim est i termino ad quem inq̄tū mediū est aliquid vtriusq̧ extremi. ¶ Ad aliud dico ꝙ oē quod mouetur ab alio mouetur vel quo ad actum primum vel quo ad actum secundū. Nō aūt oportet ꝙ in omni motu moueatur ab alio sic eīn graue mouetur a generante ad actū primū et mouet se effectiue deorsum. Per hoc autē deuenitur ad mouens oīno immobile quod scʒ nec in vno motu nec in quocūq̧ poterit ab alio moueri. vt ibi fuit declaratū ¶ Ad augustinū dico ꝙ intelligit ꝙ spūs non mouetur localiter: ita ꝙ acquirat vbi circunscriptiue.

di.3. qō.i.

Circa distinctionem tertiā. q̄ro vtrum sit possibile eē plures angelos i eadē spe cie: ꝙ nō. 7. metha phisice. In his que sūt sine materia idē est qđ q̄d est cū eo cui⁹ est sed angelus est sine materia ergo qđ q̄d ē ei⁹ est idē sibi: quare ipossibile est angelū distingui ab angelo nisi ꝙ q̄d est eius distinguatur a qđ q̄d est alterius et per ↄ̄ns sit alterius speciei. ¶ Preterea oīs differētia formalis ē differētia specifica. ā̄gcli cū sint forme differūt aliq̄ dr̄ia formali. ergo differūt specie. Maior ꝓbatur. 8. methaphisice vbi forme comparantur numeris in quibus quodcūq̧ additū vel sub tractū variat spēm. ¶ Itē multitudo indiuiduorū no videt esse nisi ꝓpter saluationē spēi. sed in corruptibilib⁹ saluatur sufficiēter natura in vno indiuiduo. igr̄ ¶ Contra dam̄. in elantio scđm vnāquāq̧ speciē fecit de⁹ angelos. ¶ In ista q̄stione primo videbit de cā indiuiduatōis. scđo rn̄debit ad quesitū. ¶ Quātū ad primū dicit scot⁹ ꝙ vnaqueq̧ res est indiuidua seu singularis ꝑ aliquā entitatē positiuam ꝑ se determinantē naturā ad singularitatē q̄ quidē entitas vocatur differētia idiuidualis vt hec ceitas. Probatur ↄclusio q2 ois differētia differentiū reducit ad aliqua primo diuersa: alioquin nō esset status in differētib⁹ sed indiuidua ꝓprie differūt q2 sunt aliquid idem entia seu i aliquo cōuenientia. ergo eorū differentia reducit ad aliqua primo diuersa. Ista primo diuersa nō sūt natura in isto ⁊ in illo. nā in natura conueniunt ergo preter naturam in hoc ⁊ in illo sunt aliqua quibus hoc ⁊ illud differūt sed hec nō sunt materia nec forma nec accidentia. ergo erūt alique entitates positiue per se determinantes naturam. Qđ autē materia ⁊ forma non sit cā indiuiduationis nec distictiōis nūeralis. ꝓbat q2 quecūq̧ sūt de q̄dditate spēi nō ↄstituūt rē i esse indiuiduali materia ⁊ forma sūt hmōi igr̄. Maior pȝ. q2 de cui⁹ quidditate sunt principia indiuiduantia: ipsm est indiuiduum de se. et sic si ea que sunt de q̄dditate speciei cōstituerent rem in esse indiuiduali: species esset indiuiduū. Rn̄o

Minor pz.7.et.8.methaphisice ¶ Item in accidētib⁹ nō est materia: vbi tñ est distinctio indiuidualis. ¶ Q₃ etiā indiuiduatio substantie nō habeat esse p quātitatē vel cetera accidentia probat: qꝛ substātia ē prior oi accidēte. ex.7.metaphisice. ergo cōuenit substātie prime ex rōe sua q̄ sit hec priusq̄ determinet alīquo accñte. ¶ Sed ɔtra p̄d. ar. primo. qꝛ boe⁹ ɔe triñ. dicit q̄ differentiā in nūero accidentiū varietas facit/maxie in loco: igr indiuiduatio substātie fit p accñs ¶ Itē.5. met. dicit ar. q̄ illa sūt vnū nūero quoꝝ materia ē vna: igit materia est cā idiuiduatōis seu vnitatis nūeralis. ¶ Rñō ad boetiū q̄ varietas accñtiū facit differētiā in nūero nō cāliter sed notificatiue. eo q̄ distictionē numeralē cōcomitat varietas accidētiū. ¶ Ad fm dico q̄ materia et forma opponūtur relatiue ex. 2.phisi. ⁊ quot modis dr vnū oppositoꝝ tot modis dr reliquū ex primo thopicorū. Forma aūt q̄ tū ad pñs spectat/dr dupl'r. Uno modo p forma ptis: sicut aīa est forma corpis. Alio mō p forma toti⁹ q̄ est ipsa ħdditas q̄ apud ar. freq̄nter dr forma.5. meta. ⁊ 7. vt hūanitas ē forma nō alterius partis cōpositi ȝ toti⁹/igit materia corrñdenter dr duplicit qꝛ est q̄dā materia q̄ opponit forme partis ⁊ hec est materia que est pricipiū eēntiale rei: ɔstituēs cū forma vnū ens p se. q̄dā ē materia q̄ opponit fore toti⁹ ⁊ ipi q̄ ditati. ⁊ p ɔñs ē extra rōnē q̄ddi tatis rei formal'r. ⁊ hec est materia q̄ ē dña seu ppꝛietas idiuidualis que ē cā indiuiduationis et pōt vocari heccitas. Cū ergo dicit ar. q̄ illa sunt vnū nūero. ⁊c. loq̄t de materia nō pꝛio mō. sed 2⁹. mō dctā. q̄ ɔgrue vocat materia quaten⁹ ɔstituit rē i vltio esse subicibili ⁊ materiali nō aūt i eē formali. qꝛ nō ptinet formal'r ad q̄dditatē rei ⁊ hec expositio ɔsonat lr̃e phi. subdit ei q̄ illa sunt vnū spē quoꝝ rō est vna/ rō q̄ddē sumit ibi p q̄dditate q̄ dr forma respectu dr̃e idiuidualis. Et notādū q̄ sicut realitas a q̄ sumit gen⁹ ē potētial' ad realitatē: a q̄ sumit dr̃a specifica ita q̄ hec realitas nō ē formal'r illa/ aliodn in diffinitiōe esset nugatio: sic realitas specifica ē pōlis ad dr̃iam idiuidualē q̄ ē act⁹ determinās naturā specificā ad singularitatē. nec ē incōueniēs ipam dr̃iam indiuidualē hr̃e rōnē act⁹ ⁊ materie: diuersis tñ respectib⁹ hȝ ei rōnē materie inq̄ptū ɔstituit i vltimo esse subicibili: sed hȝ rōem act⁹ inq̄ptū determinat naturā specificā ad esse hoc: ⁊ inq̄ptū distinguit vnū indiuiduū ab alio. act⁹ ei determinat ⁊ distiguit. 7 metha. ¶ Et si q̄ras q̄ est ista entitas indiuidualis a qua sumit dr̃ia indiuidualis. ē ne materia vel forma vl' ɔpositū: dico q̄ nō, sed vltima realitas entis. q̄d est materia vel forma vel compositū. ¶ Et si arguas q̄ oē idiuiduum i quo est natura singularis tunc erit compositius ipsa natura. dico q̄ compositio potest intelligi pprie prout est ex re actuali et potentiali/vel minus proprie prout est ex realitate actuali et potentiali in eadem re. prio

mo modo non est indiuiduum compositũ respectu nature specifice: q2 nullã rẽ addit: q2 neq3 materiã neq3 formã neq3 cõpositum. Scd̃o mõ ẽ necessario ꝯpositũ q2 ista realitas a qua sumitur dr̃a specifica est potentialis respectu illius realitatis a qua accipitur differentia indiuidualis sicut si essent res ⁊ res. Non enĩ realitas specifica ex se h3 vnde per idẽtitatẽ includat illam drãm idiuidualẽ: s3 tñ aliquod tertiũ icludit ambo ista ꝑ idẽtitatẽ. ⁊ hec est talis ꝯpositio q̃lis non põt stare cũ simplicitate diuia. Illa ei nõ tñ nõ cõpatit̃ cõpositionẽ rei actualis ⁊ potẽtialis: sed neq3 realitatis actualis cũ potẽtiali. ꝯparãdo ei quodcũq3 eẽntiale ad quodcũq3 i dis essẽtiale. est formaliter ifinitũ. et ideo ex se h3 vñ per identitatem includat quodcũq3 qđ põt secũ eẽ. sed in proposito neq3 entitas specifica includit ꝑ identitatem entitatẽ indiuidualẽ: neq3 econuerso. s3 tñ aliqđ tertiũ cui⁹ ista ambo sunt quasi ꝑ se partes / includit ambo ista per idẽtitatem hec materia diffusius fuit tacta quinto methaphisice: ideo magis succincte pertranseo. et hoc de primo articulo. ¶ Quantum ad secundum ex q̃dã opinio ponens esse impossibile pl'es angelos in esse i eadẽ specie: cũ angeli sint imateriales: materia autẽ ſm ipsos est principium indiuiduationis. ⁊ innitunt̃ auctoritati aristo. allegate: sed fundamẽtũ ipsoꝝ est nullũ vt p3 ex ꝑdictis Unde illa opinio est reprobata per dñm stephanũ ep̃3 parisieñ. Dicere enĩ q' de⁹ nõ possit multiplicare indiuidua in eadẽ specie sine materia: est articul⁹ ab eo excõicatus. ¶ Tenẽda ẽ igit̃ pars affirmatiua: q̃ sic ꝓbatur. Ois quidditas quãtũ est de se ẽ cõicabilis: ⁊ etiã q̃dditas diuina nulla autem est communicabilis in identitate numerali nisi sit ĩfinita ꝫ q̃libet alia ẽ cõicabilis cum distinctione numerali. ⁊ ita habetur ꝓpositũ. ¶ Itẽ aie itellectiue distinguntur numero in eadẽ specie.. et tñ sunt pure forme. nõ igitur est impossibilitas a parte formarum q' distinguãtur numero i eadem specie. quicquid enim cõcluderet istam impossibilitatẽ ratione forme i angelis: concluderet in aiabus. si dicas q' anime' distingũtur nũero propter inclinationẽ quã habent ad diuersa corpora. ¶ Cõtra. inclinatio nõ est entitas absoluta. q2 nõ põt aliquid iclinari ad se. ergo hec inclinatio non est ratio essendi hanc aiam: sed presupponit eã. ¶ Ad primum argumentum principale dico q' phũs accipit materiã ꝓ differẽtia indiuiduali qñ dicit q' in cõceptis sine materia idem est qđ quid est cum eo cuius est. i. i ipsis speciebus que abstrahũt a differẽtia indiuiduali nã species habent quod quid est primo ⁊ per se: q2 quidditas per nichil aliud ꝯpetit eis. sed aliis scilic3 indiuiduis conuenit per ipsas. et sic l3 indiuidua habeãt q' q̃d est idem sibi per se / nõ tñ primo nec adequate. vnde indiuidua vltra quidditatẽ specificã includũt dr̃iam indiuidualem ¶ Ad

(left margin: 2. ar. rñsi = uus ad q̃ stio. ; right margin: Ad arg.)

sm dico q non omnis differentia formalis vel formarū est specifica. Due eni forme bene pōt differre: lz nō differāt spē. sicut duo hoies bñ differūt adinuicē lz nō differāt in humanitate. ¶ Ad pbationē dico q intelligit de his q ptinēt ad rōnē qdditatiuā. Et aliqd tale addat vel substrahat variat spēs sicut dfia addita generi facit spēm spālissimā. ¶ Ad tertiū dico q licet phūs dicat q gñatio est ppetua ad saluandū esse diuinū et hoc in corruptibilibus in quib⁹ non pōt species sp manere in vno indiuiduo: nō tñ dicit q multitudo est p se in indiuiduis ad saluandū speciem.

qō.2.

Trū essētia angeli sit et ratio cognoscendi se sine aliquo represētatiuo pcedēte actū. Qđ nō qz hoc nō esset nisi qz ei⁹ essētia esset intelligibilis et presēs ipsi intellectui sed aia nostra est sibi psēs. ergo esset sibi ratio cognoscēdi se qđ est ɔtra aristo.3. de aia ponentē q aia non est intelligibilis ante intelligere alterius. ¶ Preterea oēm potētiam cognitiuā opz denudari sz se ab eo quod cognoscit sed angelus non denudatur ab essentia sua: g. Maior pbat. tum qz ex scdo de aia / opz oculum esse extra oēm colorem ad hoc vt omnē colorē possit videre tū ex tertio de aia: vbi dz q intellectus est immaterialis et immixt⁹ ad hoc vt oia possit intelligere. ¶ Contra aliqua forma materialis est ratio agendi sm essētiam suam sicut calor i igne ad calefaciendum. ergo a fortiori forma imaterialis erit ratio agendi actionem competentem sibi. ¶ Rñdeo q cētia angeli pōt esse intellectui suo rō se cognoscendi. Qđ pbatur. qz obiectū in se pñs vel in spē / et potētia sunt due cause partiales respectu actus cognoscendi: vt dictū fuit distinctione tertia pmi. ¶ Ex hoc sic arguitur. Ois causa partialis q est in actu pfecto sibi pprio sm q talis causa potest causare (causalitate sibi corñdente) effectū qñ est vnita alteri cause partiali: sz cētia angeli est de se in actu pprio correspondente obiecto: cum de se sit actu intelligibilis et de se est vnita intellectui. ergo pōt cum ipso intellectu causare actuz intelligēdi respectu sui. ¶ Ad primū dico q aia esset sibi rō se cognoscēdi si non esset impedita: vñ pper istā ppidtatē ad actū dixit augustinus q aia sēp nouit se: sed pro statu isto impeditur: pper ɔnexionē intellectus cum fantasia Cognitio eni nra incipit a sensibilibus. ¶ Ad sm dico q cum itellectus sit cognoscitiuus ois entis / si illa maior esset vera concluderet itellectū esse nō ens. vñ si habet veritatem. hoc est in aliquibus potentiis organicis. ¶ Ad pbationē dico q ex illa auctoritate scdi de aia habetur q alia dispositō requirit in organo visus qđ est receptiuū speciei sine materia et in eo qđ dz recipere obiectū sm eē materiale. Color eni sm eē materiale recipitur in corpore terminato / species vero eius reci=

pitur i corpe diaphano: puta in aere. hinc est q aliq tunice oculi sunt dyafane: vt declaratum est in fine libri metheororuz. Ex scda vero auctoritate habetur q intellectus non est potētia organica. quia tunc non esset totius entis/cū potētie organice habeant obiecta particularia.

qsti.3

Trū angelis sint ꝯcreate spēs qditatū aliaꝝ a se/ q nō ꝛ prio de specie repreſētante essentiā diuinam. qꝛ essentia diuina est intimior itellectui q̄ sit illa spēs ḡ supfluit ibi ponere speciē cū eēntia dia ꝑ se possit illud efficaci⁹ facere propter qd ponitur spēs q̄ ipsa species. ¶ Q' etiam nō sit ibi species quiditatū rerū creatarū probatur/ qꝛ essentia angeli ē ei ratio se cognoscendi ex q̄stione precedenti: ergo et quiditates aliarum reruz erunt ipsi rō cognoscendi. probatur consequentia quia quiditates aliaruz rerum sūt de se intelligibiles sicut ꝛ qditates angeli. ¶ Preterea augu. 12. cōfessionū. Intuemur vero in ipsa que supra mentes nostras est incommutabili veritate: ergo incōmutabilis veritas que est deus. est ratio alia intelligēdi. frustra igitur ponuntur species in intellectu. ¶ Contra. quartā ꝓpositiōe decausis ois intelligentia plena est formis. ¶ In ista q̄stione primo aliqua premittā. scdo ad q̄stionē respōdebo. Quantū ad primū notandū q duplex est noticia. s. sensitiua/ ꝛ intellectiua / ꝛ vtraq est duplex scilz intuitiua/ et abstractiua. ¶ Cognitio ītuitiua ē de obiecto vt in se pñs. qñ scilz res in ꝓpria exñtia est per se motiua/ Exemplū de sensitiua vt visus videt colorē/ exemplū de intellectiua vt visio diue eēntie a btis/ Cognitio abstractiua ē qñ species rei mouet ad cognoscendū rē ipam/ et hoc siue res sit in se pñs siue absens. siue exiſtat siue non/ exemplū in sensitiua. vt fantasia ymaginatur colorem. exēplū in intellectiua vt intellect⁹ cognoscit quiditatē coloris mediāte eius speciē. ¶ Quantū ad secundū ponit cōit q āgelis sūt ꝯcreate species quiditatum rerū creatarū. qd ꝓbatur. quia āgel⁹ cognoscit per aliqd ꝑ qd quiditates illas cognosceret ēt si ille quiditates nō essent in se exñtes. hoc eni ē perfectionis in intellectu nostro: q habem⁹ cognitionem naturalē de re ipsa nō eñte in se. ergo multomagis cōuenit itellectui angelico. sz talis cognitio nō potest haberi nisi ꝑ speciē ipsā rē repñtatē: ergo hoc etiā videt scdm scotum' de specie repñtante diam eēntiam. lz ei nō possit angelus ex puris naturalibus habere cognitionē dei intuitiuam: tñ non videtur negandū qn possit naturalr habere cognitionē eius abstractiuā/ hoc intelligendo q spēs aliqua disticte repñtet istā eēntiā nō tñ vt in se pñalr exñtem. Rationabile eni videtur itellectui angelico attribuere oēm pfectionē q̄ cōuenit intellectui creato absq repugnantia. vnde dicit ezechiel de lucifero q erat ple-

ꝯclusio.

Cognitio dup.

nus sapientia. ¶ Hoc est pōt per suaderi: qr hō in statu nature la pse cognoscit deū cognitiōe abstractiua ex creaturis/cōfuse tñ et in vniuersali. beatitudo autē naturalis tam hominis in statu innocentie q̄ꝫ angeli / excedit illam quam habet homo in statu nature lapse. ergo vterqꝫ potuit habere noticiam distinctam summi boni abstractiue: et dilectionem consequentem: et si hoc sit probabile de primo homine: est verisimilius de angelis quorū natura est perfectior natura humana. ¶ Confirmatur. quia videns diuinam essentiam in raptu: cessante visione potest habere memoriam obiecti visi. sicut paulus in epistola ad corin. dicit ꝙ audiuit archana verba que non licet homini loqui. et hoc sub ratiōe distincta sub qua erat obiectum visionis. sed non sub ratione presentis. igitur per speciem representatiuam ipsius et ita non est contra rationem essentie ꝙ species illius sit in aliquo intellectu distincte representans ipsam. igitur nō videtur negandū ab intellectu ꝑfectissimo creato. Licet aūt hmōi spēs non sint naturales ipsis angelis/sic ꝙ necessario ꝯsequātur eorū naturā possūt tñ dici naturales: qr a principio nature sūt illis indite ¶ Ad argumenta. Ad primum cū dicit ꝙ eēntia dīna ē itimior angelo q̄ꝫ ipsa species dico ꝙ ꝓpter illā itimitatē posset causare imediate illū actū quē causat species. Ille tamen actus non eēt in potestate angeli sicut nec causa ipsū causās ¶ Ad secūdū dico ꝙ angelus posset quiditates rerū creataꝝ per essētiā cognoscere intuitiue: si eēnt ei debite approximate. Ponūtur autem species in intellectu angeli: ꝓpter cognitionē eaꝝ abstractiuam in earū absentia. ¶ Ad tertiū dico ꝙ augu. non vult dicere ꝙ incōmutabilis veritas sit ratio formalis qua cognoscimus naturaliter aliquā veritatē sed nos videmus effectiue in incōmutabili veritate inq̄ꝫtū cognoscimus in lumine naturali intellectus a deo influxo. sicut dicimus videre in sole. qr videmus in lumine influxo a sole. vel etiā inq̄ꝫtum deus dat obiectis virtutē motiuam intellectus nostri ad ipsorum cognitionē. ¶ Et notandum ꝙ ponitur i angelis cōmuniter duplex cognitio reꝝ. s. matutina et vespertina. Matutina est illa qua cognoscuntur res in diuina essentia que est clarior/et q̄nqꝫ dicitur meridiana ratione caritatis. ¶ Cognitio vespertina est illa qua cognoscuntur res in genere ꝓprio. et est obscurior sicut vespa. ¶ Notandū etiā ꝙ lꝫ angelis sint concreate species oīꝫ quiditatū/nō tñ oīꝫ singulariū cū sint infinita. vnde pōt angelus hmōi species per intellectū agentem in se acquirere et in intellectu potentiali recipere scdm scotuꝫ di. 9. et sic cognoscit singulare non enim intelligitur singulare per speciē vniuersalis cuꝫ singulare aliq̄d addat ad vniuersale ex di. 3. dato etiāꝫ ꝙ species oīm singulariū essent ei concreate. cognitionem tamē intuitiuā singulariuꝫ in genere

pprio: accipit a rebus que concurrũt cũ intellectu ad actũ intelligendi causandũ vt cause partiales. Qꝫ vero intellect⁹ noster nõ cognoscit singulare sub propria ratione singularitatis: est imperfectiõis i ipso pro statu isto Non est autem negandus ab angelo intellectus agens. quia a natura nobili non est negandum illud quo potest acquirere perfectionem qua caret.

di. 4. et. 5.

Circa distictionẽ qrtã et quitã. qro vtrũ angel⁹ promeruit btitudinẽ quã habuerit Qꝫ nõ. qꝛ mai⁹ pmiũ reqrit maius meritũ. Angeli habẽt maiorẽ gloriã multis hoĩbus electis: igitur requiritur in eis meritũ maius. homo autem est viator magno tpe in quo habet multa opa bona et difficilia. igitur ita requirit pmiũ angelorũ tanta autẽ mora non fuit ante beatitudinẽ angelorum: igitur. ¶ In oppositum est augustin⁹ de correctione et gratia. Angeli sancti qui perstiterunt: meruerunt illius vite mercedez. ¶ In ista questione aliqua permittẽtur: deinde ad quesitũ rñdebo

Rño beatitudo du.

¶ Quantũ ad primum sciẽdum qꝫ duplex est beatitudo scilꝫ naturalis que cõsistit in cognitione naturali dei et dilectione cõsequente: et supnaturalis q̃ consistit in visione et fruitione diuine essentie. ¶ Item gratia sumitur dupliciter. vno modo p quolibet dono gratis dato naturalibus addito. Alio modo pro gratia gratum faciente. Fuerũt au

Nota

tem omnes angeli creati in gratia. Unde augustin⁹. xii. de ciuitate. simul cõdens naturã et largiens gratiã. quod licet exponatur a quibusdã de gratia gratũ faciente cõmunius tamen tenetur de gratia gratis data: Unde dicit augu. super geñ. Angelus primo factus est in formis quia scilꝫ ãgeli nõ fuerunt creati in gratia gratũ faciẽte. licet ĩ creatione habuerit dona naturalibus addita: vt patet ex questione precedenti. et sic habuerunt ab instanti creationis beatitudinẽ naturalẽ de qua beatitudine Ezechiel alloquens luciferum dicit. Tu plenus sapientia et perfectus decore in dilicijs paradisi dei fuisti. ¶ Quantum ad secũdum in quo est vidẽduz de btitudine supnaturali: dicit magister angelos fuisse beatos anteq̃ mouerint beatitudinem: sed modo mereri eam per obsequia impẽsa electis. Sed in hoc non tenetur. Primo quia tunc si homo non fuisset creandus: angelus non habuisset beatitudinem quod videtur inconueniẽs. ¶ Preterea per hoc qꝫ aliquis pvidetur bene vsurus acceptor nõ meretur illud/ tunc enim homo posset mereri primã gratiaz qꝛ preuidetur a deo dante eam bene vsurus ea/ et tũc gratia nõ esset gratia: qꝛ esset ex meritis licet nõ positis in effectu: tamen preuisis. igitur angelus nõ meruit beatitudinẽ: si tantũ habuerit eã pter bonũ vsum preuisũ ipsius erga electos. ¶ Tenetur igitur cõiter qꝫ angeli meruerũt beatitudinẽ suam priusq̃ rece-

Rño ad q̃stio. scdm sco.

opio adat

perint eã. cũ sit gl'iosus habere premiũ merito pcedēte. Uñ iter creationẽ angelorũ: ⁊ btitudinẽ beatorũ seu casum malorũ fuit eis data quedã breuis morula ad merendũ vel demerendũ. q̃ lʒ fuerit ita puula ꝙ sacra scriptura et scti loquũtur de malicia dyaboli ac si sẽp fuisset i ea: qꝛ illud modicũ quasi p nichilo reputat̃. nõ tñ fuit istãtanea sed diuisibilis. Qđ pbat scotus. qꝛ angeli mali peccauerũt plurib⁹ pctis diuerse spẽi: vt videbitur distinctiõe seq̃nti et non habuerũt simul oẽs illos actus/ et habuerunt vnũ post alium: et in tota mora in qua habuerũt illos actus fuerũt in via: aliodn act⁹ eoꝝ posteriores nõ fuissent eis demerita: sed quasi pene exñtiũ in termino ¶ Scdo angelis bonis pro magno merito ascribit̃ ꝙ vicerunt prelium tentationis Apoca. 12. Factũ est preliũ magnum in celo. Michael ⁊ angeli eius preliabãtur cũ drachone et eius. Si autẽ esset precise vnum instans i quo mali demeruerũt et boni meruerunt: in illo non fuisset illa pugna et victoria tẽtationis. cum prius aliquo mõ fuerit cõmissum peccatũ maloꝝ q̃ tentauerit bonos sic igit̃ mora demeriti malorum non erat indiuisibilis/ nec per consequẽs mora meriti bonorũ. qꝛ mora p̃fixe vic erat equalis bonis ⁊ malis. ¶ Ad argumentum dico ꝙ maximũ meritũ fuit angelorum volendo finẽ vltimũ motu intenso quando mali auersi erant a fine illo superbiendo. Plus enĩ valet vnũ intensum meritum: q̃ centum milia remissa. fuit autẽ ille motus ita intensus: ꝙ forte nullus homo secundum cõmunem legem posset habere/ ita intensum actum meriti sicut ipsi habuerunt.

Rño ad argu.

Circa distĩctionẽ sextam. Quero vtrum angeli mali plurib⁹ peccatis peccauerit Qꝫ nõ quia si peccauerunt pluribus peccatis peccauerunt vnum post aliđ cũ nõ simul peccauerit plurib⁹ pctis ⁊ tũc potuerũt penitere de primo pctõ: ⁊ sic pctm̃ eorũ fuisset remediabile/ cui⁹ oppositum tenet̃ a multis/ ¶ In oppositum aug. in libro de v̾ginitate loquẽs đ superbia ⁊ inuidia ait/ his duob⁹ pctis dyabolus ẽ diabol⁹ ¶ In ista q̃stiõe prio videndũ est de quesito 2. de quo ordie angeli peccãtes fuerũt. ¶ Quãtum ad primum sicut dicit augu. de ciuitate dei. duas ciuitates fecerũt duo amores/ ciuitatem dei amor dei vsq ad cõtẽptũ sui. ⁊ ciuitatẽ dyaboli amor sui vsq ad cõtemptũ dei Lucifer enim se inordinate diligẽs de se p̃sũpsit imoderate i se ipo ꝯplacẽdo. supbi enĩ in sacra scriptura sibi placẽtes dicuntur scđm augustinũ. Sicq propriã excellentiã imoderate appetijt beatitudinẽ aliter q̃ sibi ꝯgrueret appetendo. vel q̃tũ ad intensionẽ nolẽdo sibi minus q̃ deo esse iuxta illud ysaie. 14. Ascendã in celũ similis ergo altissimo qđ nõ intelligitur de celo empireo cũ ibi esset: sed de celo trinitatis ei⁹ equalitãtẽ appetendo. vel q̃tum ad accelerationem. vt

di. 6.

1. ar.

1

2

nolendo expectare vsq ad terminū vie. vel q̄tū ad causam. vt volendo eam habere ex se naturaliter: et nō ex grā vel meritis ⁊ q2 nō potuit habere volita deo manente: ideo ex inordinato appetitu deo cepit iuidere et affectu odij cōtrarie ipsum volēdo nō esse. In quo tanq̄ in summo malo cōsūmata fuit ei⁹ malicia Sicut eni nullus actus melior formaliter q̄ diligere deum: ita nullus actus peior q̄ odire deū Sic aliorū demonū pctm̄ in superbia fuit iniciatum: iuxta verbum sapiētie. Initium oīs peti supbia: et in odia dei extitit consūmatū. Minus tñ peccauerunt q̄ lucifer: q2 nō ita intēse ppriā excellentiam appetierunt sicut ipse qui nulli voluit subesse/sed propria virtute alijs p̄esse. quiq conceptum suum alijs aperiendo fuit eis rūine occasio: iuxta illud apoca. 21. draco. cauda sua trahebat tertiā partem stellarū. qđ cōiter a doctoribus exponitur de lucifero. Patet ita q q mali angeli pluribus peccatis peccauerūt. Habuerūt aūt tam boni q̄ mali naturalē appetitū seu inclinationem ad beatitudinem / sed mali peccauerūt inordinate/actu volūtatis eleccito appetendo: boni vero non peccauerūt. q2 moderate ipsā beatitudinem secūdum dictamen recte rōnis appetierunt. Posset āt ille imoderat⁹ appetit⁹ btitudinis (scđz scotū) dici luxuria: accipiēdo nomē luxurie nō pro appetitu carnalis dilectatiōis: sed ad appetitum cuiuslz delectatiōis ipm extēdendo. ¶ Ad argumētum in oppositum dicit scot⁹: q qñ dyabol⁹ peccauit scđo pctō adhuc fuit in via / et per consequēs potuit tūc penitere đ prio et ita priinū pctm̄ ex se non fuit irremediabile: tamen ex quo in illo pctō deuenit ad t'minū oīa eius pctā fuerunt irremediabilia. oē eni pctm̄ alicuius pctōris perdurans vsq ad terminū vie ē irremediabile. ¶ Quātū ad fc̄z articulum. ¶ Notādum q lz distinctio ordinū dispositiue ⁊ q̄si virtualiter fuerit inter angelos rōne nature ante conuersionem btōꝝ ⁊ auersionē maloꝝ non tñ fuit cōpletiue: sed inter bonos cōpleta est per adoptionem glorie Loquēdo igr̄ de distinctione ordinū rōne nature: lucifer fuit supremus in supremo ordine. vñ de illo dicitur Job. 40. q ip̄e est principium viarum dñi. qđ non pōt intelligi de prioritate duratiōis sed naturalis dignitatis Cui cōcordat Gregorius exponens illud verbum Ezechielis. Oīs lapis p̄ciosus opimētū tuū dicēs q cōparationē claritatis sue ceterorū claritatē obūbrasse creditur. Unde ezechiel ipm sub persona principis tyri alloquēs dicit. Tu cherub extentus ⁊c. per hoc innuens nō quidem ipsum esse de ordine cherubin: sed q alios excederet amplitudine claritatis ⁊ scientie: sicut autē erat excellentior in natura sic fuisset in gloria si ex toto conatu ad deum se conuertisset. ¶ Secūdum etiam hugonem in libro primo de sacramentis: de quolibet ordine aliqui ceciderūt: ⁊ ad quēlibet ordinem aliqui hoies assu

Ad ar. 2 ar. ad q̄

mentur: per quos ruina eorũ reparabitur. Non tñ ista est p'ici palis causa q̄re de' hoiem fecerit. q2 ꝛ si angel' nõ peccasset tñ deus hoiem fecisset. Unde idem hugo sic inquit. Non eni vt quidam putãt conditio hois in restaurationẽ angeloꝝ prouisa est quasi hõ factus non fuisset nisi ãgelus cecidisset: sed idcirco ad restaurãdũ ꝛ supplendũ lapsoꝝ angeloꝝ numerũ homo factus dr / q2 cũ postmodũ creatus illic vbi ceciderunt ductus est illius societatis numerus qui in cadẽtibus diminutus fuerat / per hominem reparatur. ¶ Ex istis verbis patet ꝙ homo factus est ad reparationẽ ruine angelice non causaliter sed cõsecutiue: quia ad creationẽ hois consequitᷣ reparatio ruine angeloꝝ. ¶ Patet etiam ex premissis mira dei iusticia q̄ ꝓpter pctm̄ hos quos carissimos reputauit abiecit. Unñ bonauentura dicit ꝙtã stupendum mõstrũ diuine seueritatis in angelo nobilissimo ꝛ primo hoie quoꝝ vtrũqꝫ propriis manibus plasmauit ꝛ decorauit de' nobis infirmis apposuit: vt addiscam' quantum de' odit peccatum et maxime superbiam: qui pro breui motu cordis nobilissimã omniũ creaturarum eternaliter ꝛ sine spe venie dãnauit. ac ꝓ vno esu pomi ipse adam ꝛ tota posteritas vsqꝫ ad finẽ mundi est mortalitati ac multiplici penalitati subiectus. Et nisi dñs reliquisset nobis semen: quasi sodoma fuissemus. ¶ Ex quibus efficacissimum relinquitur argumentum ꝙ horrẽdũ est incidere in manu dei viuentis. Si eni deus nõ pepercit nobilissimo angelo supbienti: quid erit de vilissimo cinere in altũ se extollenti? Decuit etiã iusticiã diam cũ sit sũma sũme manifestari: q̄ in ãgelis peccãtibus irremediabiliter punitis sũme manifestata ẽ: sic dia bonitas in hoie infirmiori ꝛ miserabiliori sũme manifestauit miam quãdo ꝓprio filio suo non pepercit deus: sed pro nobis omnibus tradidit illum.

Margin: Cur factus sit hõ

Margin: deus odit pctm̄ maxime supbie.

Utrum angeli cadẽtes ceciderit in ifernale supplicium? Q5 sic. sup illud Ja. 3. Inflamata a gehẽna. dicit glosa sicut gehẽna sẽper ardet ꝛ ita dyabolus vbicũqꝫ sit sp secũ fert tormẽta suaꝝ flãmaꝝ. ¶ Cõtra apl'us ad ephesios. 2. vocat dyabolum p'ncipem potestatis aeris: ergo ibi est ei' habitatio. ¶ In ista questione primo videbitur de q̄sito. scdo an inter demones sit prelatio. ¶ Quantum ad primum dico ꝙ per infernũ possumus intelligere infernalẽ locum vel infernale supplicium. In infernalẽ locũ nõ ceciderũt: sed in hũc aerẽ caliginosũ i q̄ est eoꝝ cõis hitatio ꝓpe hoies vsqꝫ post iudicũ ꝓpter nr̄m exercitiũ. Un̄ grẽ. in li. moraliũ. Immũdi spũs q̄ de celo ethereo lapsi sũt. in hoc celi terreqꝫ medio vagantur. ¶ Quãuis autẽ magnã penã hẽant: illa tñ secũ cõpatitur aliqđ gaudiũ. Un̄ aug. 4. lib. de ciuitate dei / dicit ꝙ prata doce[n]t turpibus gaudẽt: et sic nõ dum receperũt ifernalis supplicij cõ=

Margin: q̄s. 2.

Margin: De inferno.

plemētū. Vñ btūs petr⁹ in canonica sua dicit ꝙ reseruant cruciādi in iudicio: tūc scʒ recepturi sue dānationis cōplemētum. ¶ Quātū ad scdm dico ꝙ in demonibus nō ē ṗlatio de iure. qꝛ quicqd ṗcipiūt ad finem malū ꝯtra deū facere itēdūt. Auctoritas aūt talia ṗcipiēdi nlli ꝯuenit de iure: nec aliqs sic ṗcipiēti de iure tenet obedire / sed tenet ad ꝯtrariū. Int eos tn̄ est ṗlatio de facto qꝛ illis quos vidēt nobiliores i natura ⁊ strēnuiores i potētia ⁊ sbtiliores i malicia. aliud obediūt nō ex amore sʒ ex odio qđ habēt ꝯ gen⁹ hūanū vt sic magis hoīes ipugnēt /. Lucifer aūt oibus ṗncipat. Iuxta illđ Mat. 25. Discedite a me maledicti in ignē eternū: q̄ parat⁹ est dyabolo ⁊ āgelis ei⁹ ¶ Sʒ ꝯtra iob. 10 dicit ꝙ i terra tenebrarum nullꝰ est ordo Dico ꝙ intelligit de recto ordine volūtatis i vltimū finem qui requirit ad iustam ṗlatiōis executionē. / Inter eos tn̄ est ordo nature. sed ꝯuersus. qꝛ qui supiores sunt ꝑ naturā: inferiores sunt ꝑ culpā. ¶ Ad argumentum i oppm̄ dico ꝙ illa glosa đʒ itelligi de flāma ignis materialis: sʒ de flāma viciorꝫ scʒ ire ⁊ inuidie qb⁹ acriter torquēt demones (scđʒ bonauēturā ⁊ ric.) Posset etiā dici illos torqri cōsiderādo se illi igni ꝑpetuo alligādos

¶ Circa dist. 7. quero. vtrū in demonibus sit malicie continuatio? Q; nō. Demones habent liberum arbitrium ergo possunt meritorie operari. Consequentia est nota. Probat antecedēs. quia in demonibus remanserunt naturalia integra. 4. de diuinis noibus. ¶ Preterea si semper male volunt: malicia eorꝫ in īfinitum augeretur igit in īfinitū cresceret pena eorum. ꝯn̄s est icōueniēs. Probat ꝯn̄a quia augmēto culpe corrñdet ex dina iusticia augmētum pene. ¶ In opp̄. i psal. Supbia eorꝫ qui te oderūt ascēdit semp / sed hoc nō pōt intelligi intēsiue qꝛ sic non esset aliquod malum quo nō esset mai⁹ malū: quod ē incōueniēs ergo debet intelligi extēsiue: ⁊ ita sp peccāt / ¶ Rn̄sio In demonib⁹ ē continuatio malicie qꝛ nō possunt a culpa resurgere nec meritorie oꝑari. Cuius rō est scđʒ scotum. qꝛ ad meritorie volēdum non sufficit voluntas sed requiritur gratia tanꝗ̄ principium cooperās q̄ non potest poni in eē nisi a solo deo creante. ¶ Licet aūt deus de potētia absoluta (q̄ ē respectu cuiuslibet qđ nō icludit ꝯdictionem) posset eis dare grām / non tn̄ de potentia ordinata q̄ est illa que ꝯformis ē in agēdo regulis p̄determiatis a diuia vlūtate / q̄ regule colligūtur ex sacra scriptura. Inter quas ē illa auctoritas Ecclīastes. 11. Vbicūꝗ̄ ceciderit lignū ibi erit. Hoc est. In cuiuscūꝗ̄ amore creatura rōnalis ꝑmāserit: in illo manebit. Et illđ ysaye. Ignis eorꝫ nō extinguet: ⁊ vermis eorꝫ nō morieт. Et i euāgelio. Ibūt hi in suppliciū eternū. Iusti aūt i vitā eternā. Ex qb⁹ ꝯcludit august. 21. de ciuitate ꝙ certū est deū nūꝗ̄ eis daturum grām et sic ipossibile est eos meritorie operari vel a culpa resu

lire. siquidē vt ait Dam. hoc est in angelis casus: qđ in homib⁹ mors. ¶ Ad primū argumētum pz ex p̄dictis. ¶ Ad scđm dicūt q̄dā q̄ demonū crescit malicia i tensiue vsq ad diem iudicij: ⁊ q̄ ex malis actib⁹ quos exercēt er ga hoies puniētur post iudiciū. ¶ Alij quos sequit scot⁹ / dicūt q̄ malicia demonū nō crescit itē siue nec mali act⁹ q̄s exercēt sūt ꝓprie demeritorij. q: non eliciūtur a viatore cui⁹ soli⁹ est mereri. s3 magis ꝓprie dicunt actus dānati ¶ Primum sc3 q̄ malicia eorꝫ nō crescit intēsiue: declaratur. q: habitu existēte pfecto in sūmo quātū potest pfici. vl' secūdū naturam habit⁹ vl' scđm capacitatē subiecti vl' scđm t'minū sibi p̄fixum a sapiētia diuina actus sequētes nichil augent. vñ habitus caritatis non augetur ex actibus in angelis beatis: s3 oēs illi actus procedunt ex plenitudine ipsius habitus sic pfecti. Jta i ꝓposito habitus malicie in demonibus est in termino scđ3 regulā diuine sapiētie: q̄ nō pmittit eos crescere i malicia intēsiue. ¶ Secundum scil3 de demerito probatur. quia sicut p̄miū substantiale in primo instanti quo angelus ē btūs ē determinatum nec extunc crescit: quia actus boni qui sequuntur non sūt demeritorij l3 sint boni ita etiam angelo damnato in primo instanti sue damnatiōis seu casus / determinatur certa pena que non crescet intēsiue / crescet tamen eorum pena extensiue sicut malicia. Sicut eni boni actus angeli beati includuntur in premio quia procedūt ex perfectione beatitudinis et q̄tum ad accidētale premiū qđ possūt habere q̄libet actus est sibi p̄miū. Jta etiam isti mali act⁹ q̄s elicit damnatus includuntur in pena. et quilibet sicut potest habere penam accidētalem habet seipsum ꝓ pena. Jussisti (inquit augustinus in libro cōfessionū) domine et ista est vt sit sibi pena omnis peccator. Maxima enim pena est ꝓ priuatio maxime boni q̄lis est formaliter i actu malo malicia culpe auertēte a deo. De hoc distinctio. xi. videbitur. di. 8.

Circa distinctionē 8. Queroutrū angelus possit assumere corp⁹ i quo exerceat opa vite? Rño q̄ sic. vt pz de āgelis abrahe in specie virorꝫ apparētib⁹. Ad cui⁹ euidētiam sciēdum q̄ angelū assumere corpus non est vniri sibi rōne forme perficiētis. sed in ratione motoris intrinseci quod assumit. i. ad se sumit vtēdo illo vt instrumento ad operationes sibi proprias explendas. Hoc autem potest fieri dupliciter. Uno modo āssumendo corpus mixtum iā ante generatū puta cadauer mortui Aliomodo assumēdo corp⁹ non prius formatum quod de nouo potest fieri non quidem ex natura celesti: quia corpus celeste nō est susceptiuū pegrinarꝫ ipressionum cuiusmodi sunt rarefactio condensatio ⁊ ad nouā formam transmutatio. s3 fit ex elementis imperfecte mixtis. non q̄ angelus inducat formam na

Marginalia: nota ande merētur. — quō angel⁹ corpus assumit ⁊ quō opat per illud — 3. 4. pena damnatorum

turalē ī materia: hoc enim facere non potest secundum aug. 3. de trinitate: sed tātum potest elementa actiua et passiua corporibus celestibus in situ cōuenienter approximare / virtute quorū talis forma quasi subdito īduci tur ita φ tale corp⁹ assimilatur impressioni imperfecte mixte cuius signum est. quia statim cum disparet resoluitur in elementa propter eorū imperfectam mixtionem. Unde nō apparet postmodū locus talis corporis. Potest aūt angel⁹ hmōi corpus localiter mouere sed non pōt mediāte tali corpore ī opatiōes sēsitiue. qz ille nō sunt nate recipi nisi ī ꝯposito ex aīa ꝛ parte corporis perfectē mixta: cuius neutrum est ibi. Ita enim apprehēdit colores oculis clausis sicut apertis: ꝛ sonos aurib⁹ obturatis sicut nō obturatis. Unde ei⁹ videre vl̄ audire nichil aliud est ꝙ̄ intelligere. ¶ Quantum autē ad operationes vegetatiuas vt nutrire ꝛ generare: non sunt ibi complete Non enim est ibi vera nutritio. licet eni sit ibi comestio que p̄cedit nutritionē inꝗ̄tū est ibi ꝙ̄ibi diuisio et in ventrē traiectio: nō tñ ē ibi ꝯuersio cibi ī corpus sꝫ resoluit̄ in subtiles vapores sicut cib⁹ ꝯsūptus a corpore gl'ioso. Et pōt poni exēplum de aqua que absorbet̄ a radio sol'. ¶ Quātū ꝟo ad gn̄ationē nō est ibi semis formatio pōt tñ demō in sp̄e mulieris viro succūbēdo semē recipe ꝛ mutato corpe in similitudinē corpis virilis vl̄ mediante alio corpore assūpto: pōt illud in matricē mulieris cōsenciētia trāsfundere: ita φ semē a viro decisū recipit demō succubus. ꝛ trāsfūdit icub⁹. ꝛ īde pōt fieri gn̄atio si ī sua q̄litate naturali ꝯseruet̄ fili⁹ aūt genit⁹ inde magis ē dicēdus fili⁹ viri a quo est seminis decisio: ꝙ̄ demonis.

Circa distinctionē. 9. videndum est primo de hierarchijs angelorꝫ. Est aūt hierarchia rerum sacrarum ꝛ rationalium ordinata potestas in subditis debitum retinēs principatum. Et dicitur hierar. qđ est sacrū / ꝛ archos qđ ē pṙiceps quasi sacer principatus. ¶ Est autē q̄dā hierarchia sub celestis seu ecclesiastica: alia vero celestis seu angelica. de qua nunc est sermo. Et hec ē triplex scilicet superior que attēditur scđm conuersionē angelorꝫ ad deū cōtēplandum / ꝛ media q̄ est angelorū ad ministratiū regimen vniuersi in generali. ꝛ īfima q̄ est illorum q̄ habēt ministrare ī particulari. Licet eni (teste apostolo) omnes sint administratorij sp̄ūs ī ministeriū missi ꝓpter eos q̄ hereditatem capiunt salutis: oēsqꝫ sēp contemplationi cōditoris inhereant / iuxta illđ euāgel'. Angeli eorum semper vident faciem patris mei qui in celis est: supremi tamē maxime ad deum conuertuntur. quorum prim⁹ ordo đr seraphin quod interpretatur incēdium ꝓpter feruorē caritatis quo pre ceteris in deum ferunt̄. Scđs ordo dicitur cherubin qđ interpretatur scientie plenitudo. In claritate eni cognitionis oēs inferiores excedunt. Tertia

di. 9.

De hierarchijs

Triplex hierarchie

us ordo tertius thron⁹ vel sedes/ propter eni mentis pacē ꝛ tranquilitatē i eis deus sedere dicit. ¶ Prim⁹ ordo scḋe hierarchie dicitur dn̄ationes. quorum est inferioribus presidere/ Scḋs est ordo virtutum quorum est strenue ea que imperantur exequi. vnde et his appropriatur miraculorum operatio/. Tertius est ordo potestatum quorum est aduersarias potestates ne noceāt refrenare. ¶ Superior ordo inferioris ierarchie dicitur/ ordo principatuum: quorum est principes et prelatos regere/ Scḋs est archangelorum qui habent regere prouincias ac multitudines plebiū. et dicitur archangelus ab archos quod est princeps: quia angelis inferioribus principatur. Inferior ordo dicitur ordo angelorum quorū ē regere psonas singulares. Istis vero congrue appropriatur nomē cōe. Angel⁹ eni nuncius interpretatur/ Isti autē immediate nobis bn̄placitū dei annunciant/ ¶ Est autem āgelus speculū clarissimū ꝛ immaculatum speciositatem diuinam in seipso repn̄tās. ¶ Quia vero angeli superiores clarius deum intuētur: iō illuminant iferiores aliqua sibi reuelata eis manifestando. hec aūt illuiatio dicitur purgatio ꝛ perfectio scḋm dyoñ. Dicitur eni purgatio q̄tum ad nescientie remotionem ꝛ dicitur perfectio inq̄tum est manifestatio veritatis spectantis ad scḋariam perfectionem intellectus. Possunt autē angeli scḋm quosdam conceptus suos p imperiū volūtat; aliis occultare. ¶ Ois quocq illuminatio est locutio sꝫ non econuerso. Loqui enim est conceptū suū exprimere. Potest autē inferior angelus exprimere supiori ꝗ sciam quam hēt de aliqua re: nec tamen pp̄ter hoc dicitur eū illūinare/ ¶ Et notandum (scḋꝫ scotū) q̄ sicut angel⁹ distās pōt itelligere eēntiā āgeli distantis: sic potest in eo causari cognitio ab aliquo exn̄te in angelo distante. Sicut enim species sensibilis in medio est ratio gignēdi aliam speciē. sic species que est in angelo loquēte est principiū actualiter cognoscendi illud cuius est: pōt etiā esse ratio gignēdi actualē intellectionem eiusdē obiecti in intellectu alio capace. Non tamē recipit hmōi intellectio in medio: cum non sit capax eius. ¶ Sicut etiā angelus ex imperio voluntatis pōt vti hac specie vel illa ad intelligendum hoc obiectum vel illud: sic pōt loqui isti vel illi. Ad hoc autem requiritur distātia pp̄otionata/ cū angelus sit virtutis finite. ¶ Sciendum etiam q̄ ad quēlibet ordinē angelorum assumēt aliq̄ electi hoies iuxta illud quod dicit saluator de electis q̄ erunt similes angelis dei: sꝫ vtrum omnes vel nō omnes: sūt opiniones varie. quidam enim sentire videntur q̄ oēs/ quibus multum consonare videtur magister in lr̄a. Aliis autem videtur q̄ non oēs assumētur: sed sicut sunt aliqui pauci qui propter excellētiā meriti sūt supra quēlꝫ ordinem angelorū (quod expresse de beata virgine tenet eccl'ia) ita dicūt q̄ erūt aliqui electi qui nō erunt

tanti meriti vt equētur cuicūq; angelo in glīa: et isti decimū ordinē cōstituēt. Ad hoc adducentes illō. Luce.15. de muliere habēte dragmas decē: per decimā dragmam inuētā intelligitur natura hūana. Prīa opinio magis cōsonat dicto grego. super euāgel. ac dicto saluatoris dicentis electos fore similes angelis dei. Quod vero adducitur de decima dragma: facit ad propositum. quia natura humana addētur nouem ordinibus angelorum in quibus ponētur homines scdm varios gradus meritoꝝ. Erunt aūt tot hoies saluati quot ceciderūt angeli secūdū quosdam. Alij vero dicūt q tot saluabūt quod remanserunt. que opinio est probabilior secundum Rich.

Di.10 Circa distinctionem.10.q̄ro vtrum omnes āgeli mittantur? Qd non. Danielis.1. Milia milium ministrabant ei: et decies centena milia assistebant ei. ¶ Item videtur q frustra mittantur: cum deus sit vbiq; presens et per se possit facere id qd facit per angelos. ¶ Contra. ad hebreos.1. omnes sunt administratorij spiritus. ¶ Responsio absolute pcedenda ē auctoritas aplī et distinguendū est de missione intra et extra. Superiores eni mittūtur ad intra ad diuina misteria īferiorib⁹ reuelāda. Inferiores vero mittūtur exterius ad illa reuelata explenda et hoibus nuncianda. ¶ Sed an supiores aliqn̄ mittantur ad extra? dicūt quidā q non. moti ad hoc ex verbis dyonisij dicēts q agmina q̄ preeminēt vsum exterioris officij nunq̄ habēt. Alij vero dicūt q supiores aliqn̄ mittūtur ad extra ad ardua nūcianda: sed qr de cōi cursu nō mittuntur: iō a dyonisio dicūtur nunq̄ mitti. Hāc opinionē sequitur scotus. Probatur. qr incarnationē verbi multi angeli ante tēpus incarnationis nescierunt vt pz per illud ysa. in psona angelorum īferiorū q̄rentis: quis est iste qui venit de edom tinctis vestib⁹ de bosra. Et apls: vt inotescat principib⁹ et potestatib⁹. vt dicit glo. hiero. Angeli eas dignitates prefatum mysterium incarnatiōis ad plenū nesciuisse: donec ipleta esset passio xpi et aploꝝ predicatio fuisset in gentib⁹ diuulgata: qd tn̄ non latuit maiores: scdm aug. ibidē. Cōstat aūt hoc nō latuisse angelū missū ad hoc nunciandū btē virgini. Erat igit de superiorib⁹ ex quo iferiores hoc latuit. ¶ Ad argumēta. Ad primum dico q assistere sumit vno modo pro clara dei visione: et sic oēs āgeli deo assistūt et hoc mō nō est distinctio assistētium et ministrantiū: sed accipiēdo assistētes p his qui de cōi cursu ad extra nō mittūtur. ¶ Ad secundū dico q lz de⁹ posset per se facere ea q̄ mediātib⁹ angelis facit: mittit tn̄ angelos ad hec iplēda pter bonitatis sue cōicationē et sue dilectiōis erga nos manifestationē et ptiū vniuersi cōnexionem. sic eni videmus q illi q̄ presunt multa per se possent facere q̄ per seruos suos exequūtur vt ordo debitus obseruetur. Offerunt etiam angeli deo q̄ ois nouit nostras orationes tanq̄ nūi

aduocati pro nobis itercedētes

dī.ii Circa distinctionē .ii. Quero vtrū angeli deputentur ad custodiam hoim? Q3 nō. q2 deus per seipsum hoiem redemit. ergo per seipsū ab aduersario custodit. ¶ Cōtra. Sup illud Math. 8. Angeli eorum. ꝛc. hieroñ. Magna dignitas ē aiarum vt vnaqueq3 ab ortu natiuitatis sue habeat ad sui custodiam angelū deputatū. ¶ hic primo videbitur de q̄sito. deide mouebo aliqua dubia. ¶ Quātum ad primū cōueniēs est angelum deputari ad custodiā hominis. hoc em̄ decet altitudinē diuine potentie. cū em̄ deus habeat demones aduersarios. condecens est vt ipse eos vincat per suos ministros vt per hoc ostēdatur potētia manus domini. que nō solum potēs est in se/sed in suis seruis. Ordinē etiā diuine sapiētie condecet vt infima per media deducat ad sūma. ꝛ sic hoiem in deū p ministeriū angelicū qui est supior hoie in natura Condecet etiā dulcedinē diuine mie: vt sicut hō habet aduersarium ipm ipugnātē: ita habeat angelum ipsum auxiliantem. si quidem dyabolus in mēte hois malas cogitationes ꝛ affectiones imittit/nō ipas gignēdo vel formādo: sed ad hoc excitando vel ipellēdo: ideo datur ei bonꝰ angelus qui ipsum exhortetur ꝛ incitet ad bonū: ꝛ ab oppssione seu violentia dyabolica defendat nō solū scd3 statum nature lapse: sed etiā institute. ¶ Quātū ad scd̄m articulū in quo sunt mouēda aliqua dubia posset q̄ri. An aliquis angelꝰ fuerit deputatus ad custodiam xp̄i. Rñsio. q christo nō est datꝰ angelꝰ ad custodiā nō enim indigebat q2 nec dyabolus poterat ipsum decipere per falaciā cū ab instāti cōceptionis aia eius esset btā perfectissime/nec opprimere per violentiā: q2 corpus eius et aia erant diuinitati inseparabiliter vnita que est oipotētissima. Ad eius tñ ministeriū fuit multitudo angelorū deputata. Qd aūt dicit psal. q fuit paulominꝰ minoratus ab angelis dicitur ratione passibilitatis. ¶ Scd̄o dubitatur: vtrū angelꝰ subtrahat obstinatis custodie bñficium? Responsio q sic quātū ad pmotionē ꝛ exhortationē ad bonū. ꝛ sic dicit Damascenꝰ q antichristus carebit angelorū presidio. Nō tñ deserit quātū ad actum custodie que respicit retractionem a malo: q2 semp hoiem retrahit ne labat in peius. ¶ Tertio dubitatur an angelo custodienti accrescat gaudiū ex beatitudie custoditi? Rñsio q gaudiū in angelo crescere pōt intelligi dupliciter. scilicet extensiue vel intensiue. Extensiue dicitur crescere: quando quis de pluribus gaudet. Intēsiue vero: quādo affectꝰ de aliquo copiosius gaudet. Est etiam duplex gaudium: quoddam in quo cōsistit premium essentiale: ꝛ hoc ē gaudium de bono increato. Aliud in quo consistit premiū accidentale: ꝛ hoc est gaudiū quod habet angelus de bono creato sine

Margin notes: Rñō (beside "hic primo"); dubium .i. (beside "Rñsio"); du. 2 (beside "Scd̄o"); dubium .3 (beside "Tertio"); 53 (handwritten, left margin).

proprio siue alieno. Loquendo igitur de premio essentiali: non augetur i ipsis nec variatur sed loquendo de premio accidentali: augetur in ipsis extensiue: qr de pluribꝰ gaudēt. ¶ Utrū aūt augeatur intēsiue: dicūt quidā ꝙ sic/alij vero ꝙ nō. ¶ Ex damnatione aūt illorum quos custodiunt. nullum habēt gemitū ꝓpter plenitudinē gaudij qđ habent quod nō compatitur secū admixtionē contrarij. tum etiā quia voluntas eorum est omnino conformis voluntati diuine. vnde de diuina iusticia exultant gaudent etiā de bonis que ergā illos exercuerunt: quod in se erat faciēdo. ¶ Ad argumentū: dico ꝙ dominus ꝛ ꝑ seipsum custodit ꝛ ꝑ angelum nec tñ ꝑfectio diuine custodie excludit virtutē angelice: sicut deus operatur in omnibus rebus ꝛ tamen eius operatio operationes creaturarū non excludit. In hoc autem ostēditur ordo sapientie diuine que communicauit creaturis posse effectus suos in alias imprimere. ¶ Auctoritas vero hieronimi dicētis ꝙ ab ortu natiuitatis hoīs deputaꝛ ei angelus intelligenda est non solū de natiuitate ex vtero: sed etiam de natiuitate i vtero: cum spūs scꝫ infunditur corpori: extunc enim indiget angelo custodiēte cum posset in vtero interimi: et sic a baptismate impediri.

Circa distictionē.12. In q̄ magr tractat de materia rērū corporalium. Queritur vtrum materia sit ꝓducta i imperfecta actualitate? Et videꝛ ꝙ sic. Primo per textū geñ.2. Iste sunt generatiōes celi ꝛ terre i die quā creauit deus celum ꝛ terram: ꝛ oē virgultum agri. ꝛc. ergo in eodē die fuerūt producta que prius dicit ꝑ sex dierū numerum fuisse distincta. ¶ Preterea. Eccl'iastici.18. q̄ vixit icternum creauit oīa simul. ¶ Preterea Job.40. Ecce behemoth quem feci tecū. sed behemoth est angelꝰ primo factus ꝛ hō vltimo die factus: ergo oīa simul facta sūt. ¶ In oppm̄ arguitur per textum geñ. vbi dr ꝙ per sex dierum spacium ꝯpleuit dñs opus qđ ichoauerat. ergo materia nō fuit subito in perfecta actualitate producta ¶ hic est vna opinio quā sequiꝛ augꝰ. ponēs oīa simul in suis formis fuisse producta que cōfirmatur per auctoritates allegatas ponitqꝫ illos dies non fuisse naturales sed potius spirituales secundū cognitionē angelicā sexies repetitam iuxta diuersa gña rerū ab angelis cognitarū. ꝛ vult ꝙ oīe cuiuslibet diei significat cognitionē qua angeli predicta cognoscūt in verbo: ꝛ vespere illam cognitionem qua predicta cognoscunt in genere proprio. ¶ Sed qr ista expōvideꝛ magis mystica q̄ litteralis: ideo cōiter alij doctores ꝛ q̄ precesserūt augustinū ꝛ qui secuti sunt (vt ambrosius. hieronimꝰ. gregorius. basilius et dam̄) sic intellexerūt et posuerunt sicut littera sacre scripture sonare videtur. Unde posuerūt oīa corporalia sub celo empireo esse simul creata in

materia: et per senarium dierum esse distincta in forma. Dicitur autē illa materia informis non quod careat omnino forma vt dicitur communiter: sed quia non erat in ea forma completa: sed dispositio quedam ad formas vlteriores potuit tamē (secūdū scotū) a deo creari sine forma de quo tactū est in primo phisicorum. Uocatur autem illa materia omnium corporum sub celo empireo nomine terre: cum dicitur gen. primo. In principio creauit deus celū et terrā. celū scz empireum repletum angelis. Dicitur etiā abyssus et aqua vocatur siquidē nomine terre. que inter cetera elementa plus habet de stabilitate eo quod est fundamentum formarū. Dicitur etiā abyssus: quia in ea non erat speciositas nec distinctio formarum ab a. quod est sine. et byssus quod est genus lini candidissimi/ quasi sine candore. significatur etiā nomine aque: eo quod habebat ad formam aptitudinem et inclinationem et ita quandam fluxibilitatem. Unde gen. i. dicitur quod spūs dñi ferebatur super aquas. i. voluntas dñi super hāc materiā ad producendum ex ea varias species. Erāt autē partes densiores illius materie inferius. subtiliores vero superius attingentes vsque ad empireū. cepitque moueri huiusmodi moles a principio sue creationis vt dicūt quidā. Ad argumenta. ad primū dico quod ex illa auctoritate habetur quod omniū visibilium materia fuit in prima die creata. Sed contra gen. i. dicitur quod terra erat inanis et vacua: quia scz nondum erat varijs formis ornata et tenebre erant super faciem abyssi. hoc autē fuit ante lucis productionē: sed ante lucē nō fuit dies ergo illa materia fuit creata ante omnem diē. Rñsio quod materia fuit creata ante omnem diem secundum quod dies dicitur tempus in quo lux irradiat super terram. quia tñ fuit modica mora inter creationē materie et factionē lucis: ideo ipsa materia numeratur in die primo secundum quod dies dicit tempus. 24. horarum secundum rich. Ad auctoritatē ecclesiastici dico quod oia simul fuerūt creata quantū ad principiū materiale. Ad auctoritatē vero iob dicit grego. quod ly tecū nō dicit ibi simulitatem tēporis sed similitudinem rationis angeli et hominis.

Rño Ad arg.

tecū .i. ad idē .i. eādē finem

Circa distinctionē. 13. Quero vtrū lux gignat lumen tanquam propriam speciem. Quod nō Lumen gignit substantiam / vt patet de igne. ergo est substantia. Item lumen frāgitur et flectitur. ergo est corpus. Cōsequētia probatur: quia ista sunt passiões corporis. Preterea quod non sit species / quia denominat mediū nō autē species colorū excludit etiā oppositū. s. tenebram: nō autem species quia simul sunt species oppositorum puta albi et nigri in medio. In oppositum. Lux est de se sensibilis. 2. de aia. igitur habet aliquam speciem sensibilē nō aliam a lumine igitur. In ista q̄stione primo aliqua premittā: secundo ad questionē respondebo. Quantum ad primū sciendum quod in primo die facta ē lux (vt dicit sacra scriptura) et accipitur lux pro corpore lumi-

di. 13

pmo ar. rño.

noso (secundum scotum) cuius corporis forma notior erat lux et ideo describitur subiectū igno- tum per formam notiorem. Nō est autē lux substantia cum sit per se sensibilis. sed est q̄dam quali tas a visu perceptibil'/forme nāq̧ substantiales non sunt a sensu perceptibiles: vt patet in sacra- mento altaris: faciebat vero il- la lux diem et noctem suo motu: sicut nunc facit sol reuolutione sua. Formataq̧ est non ad ani- malium illustrationem que nō- dum erant: sed ad diuinorū ope rum distictionem. Illa enim me diante capit intellect⁹ noster di- stictionē diuinorū operum quo ad tres dies precedentes forma tionem solis: et ex ipsa fuerunt. 4. die lumiaria producta. ¶ Et notandū q̧ dies sm̄ bonauentu ram diuersimode incipit/ Greci enim incipiunt de mane rōne or tus solis/ Astrologi vero in me- ridie: q2 tunc sol est fortior/ Iu- dei in vespere: q2 tunc incipiunt solēnizare. Ecclesia vero in me- dia nocte: q2 tunc xp̄s natus est (Unde versus) Mane diē greca gēs, icipit astra seq̄ntes. In me- dio lucis. iudei vespe. sācta. In choat eccl'ia medio sub tp̄e no- ctis. ¶ Quātū ad sm̄ sciendum q̧ lumen non est substantia cō- pleta hoc est per se subsistens q2 neq̧ sp̄ualis cum sit extēsibilis/ nec corpalis: q2 tunc duo corpa essent simul. Est eīn lumē cū to- to aere nec op3 aerē moueri ad- ueniente lumine: q2 tunc in me- dio illuminato non esset respira tio aeris/ Nec etiā lumen est for ma substantialis quia illud cui aduenit manet perfectū i spē. il- lo recedente sicut patet de aere qn̄q̧ illuminato qn̄q̧ tenebroso Nec est materia: p3. Nec est ve- risimile q̧ ad aliqd̄ genus aliud pertineat q̄3 ad gen⁹ qualitatis. Est ergo (sm̄ scotū) species seu i tēsio lucis. nō q̄dem accipiendo intensionē pro illo in quod ten- dit sensus sc3 p obiecto. sed pro illo p quod tanq̄3 p principium formale in obiectū tēdit sensus. ¶ Sicut aūt (s3 aug. de doctria xp̄iana). In distinctione rei et si- gni res accipitur p illa re q̄ nō ē signū/ l3 illa q̄ ē signū sit et̄ res: ita i distinctione rei et intētionis licet intēsio sit res et forte sensibi lis i quam pōt sensus tēdere/ tn̄ illa dr̄ intensio q̄ non est tn̄ res in quē tendit sensus: sed est etiā ratio tēdendi in alterum cuius est ppria similitudo/ hoc modo dico q̧ lumen est proprie inten- sio siue spēs sēsibilis ipsi⁹ lucis. ¶ Qd̄ pbat. q2 si non esset inten sio: tunc positū supra sensū phi- beret sēsū. hoc autē ē sm̄ et ptra ph̄m. lib. de sēsu et sēsato: vbi vult q̧ necessarium est lumen in ocu lo ad hoc vt recipiat spēs colo- ris et videat. Modus ponit' iste q̧ sicut lux est visibile pri⁹ natura- liter colore: ita etiā spēs ei⁹ est prior naturaliter spē coloris tā in perficiendo medium q̄3 orga nū. Medium ei nō illuīatū nō ē ca pax ad pcipiēdū colorē/ organū etiā nō illuiatū nō ē visiuū pro- xime. species aūt lucis dr̄ lumē et radius. lumē inq̄3tū illuminat aerē scd̄m pfū dū: radius vero i q̄3tum procedit a corpe lumino so sm̄ lineam dyametralem. De

triplici radio scz rectõ. fractõ & reflexo: dictũ est. 3. metheororum ¶ Lumen igit multiplicatũ fm istos tres radios: immediate gignitur a luce. Est autem duplex lumen. s. primarium et secundarium. Lumen primarium ē species lucis que immediate gignitur ab ea loquendo de imediatione ad cām nō excludendo ordinem effectuũ ordinatorũ respectu eiusdē creature. vt omes partes aeris immediate illuminantur a sole. licet prius natura illũietur ps propinquior soli q̃ remotior. ¶ Lumen secundariũ est spēs luis primarij quale est vbi est vmbra. In hoc eni distiguit vmbra in actu a tenebra quia tenebra est priuatio luminis tā primarij q̃ secũdarij: vmbra autem est priuatio tm̃ luis primarij. ¶ Ex premissis pz rñsio ad quoddam dubiũ. qa posset dubitari cuz lumē videatur quō spēs erit visibilis. ¶ Rñsio Spēs aliqua intēsa pōt in se eē visibilis qñ terminatur ad opaca. sicut species coloris dũ est in medio non videtur: sed qñ contiguatur opaco tunc videri pōt (sicut pz de radio transeunte per vitrum coloratũ Apparet enim color in pariete vbi terminatur radius. et videtur paries coloratꝰ sicut vitrũ. nec ppt hoc negatur iste rubor i pariete apparens esse spēs. qz oculus ibi existens cui supponeret iste rubor videret rubeuz vitruz sic lumen terminatũ ad opacũ potest videri. ¶ Ad primuz argumētũ dico q̃ alterans in fine alterationis Rño ad arg sñat: nō aũt illa qualitas qua alterauit. ¶ Ad secundũ dico q̃ ista dicuntur metaphorice de lumie: vt pz per auiceñ. 6. naturaliũ. Qñ eni virtus actiua agēs naturalis nō ē totaliter exhausta. i. non tantũ causauit q̃tum pōt cāre: tūc si nō pōt scdz lineā rectā age re. agit scdm lineā fractā vel reflexā. ¶ Ad tertium dico q̃ spēs posset denoiare si eēt nomē denominatiui impositum Quod etiam additur de opposito dico q̃ lumen vnum non excludit alterũ alteriꝰ rōnis: sicut lumen solis non excludit lumē lune in eadē parte mediȷ. sicut nec species albi exclud it speciē nigri: sed sicut lumen quodcunq̃ excludit tenebram que est eiꝰ priuatio non contrarium vel disparatum. ita species cuiuscunq̃ coloris excludit priuationem illius in medio.

Circa distictionē. 14. querovtrum stelle agant in hec inferiora? Qz nō. qz cum determinate agant non contingēter: nulla esset contigētia i istis iferiorib. ¶ Cōtra arꝰ. 2. de generatione dicit q̃ motꝰ solis cũcirculo obliquo est causa generationis et corruptionis in istis inferiorib. ¶ Item geñ. primo dicitur q̃ posuit deus luminaria in firmamento celi vt essent in signa et tempora. In signa scilz euentuum futurorum et distinctionē tpm / agũt igitur in hec inferiora: cũ ex motu ipsorũ fit pnosticatio futurorũ: vt serenitatis et tēpestatz. ¶ In ista questione primo aliqua pmittā. 2. ad questionem respondebo.

tres sunt celi ¶ Quantū ad primum sciēdū q̄ sūt tres celi pricipales: iuxta illud qd̄ dicit ap̄ls q̄ fuit raptus vsq̄ ad tertiū celū. Primū eni celū est empireū: infra cuius ambitū oia corpora sperica cōtinētur quod est imobile cū sit loc⁹ quietis perpetue btōrū. Secūdū celū qd̄ infra ambitū celi empirei continetur est celū cristalinū qd̄ scriptura sacra noie aque appellat. quedā eni species cristali fit ex aqua gelata. habet etiā ꝓprietates consimiles ꝓprietatibus aque. est nāq̄ formaliter perspicuū sicut aqua / est etiā effectiue frigidū et humidū: lʒ nō formalit. vñ cōtēperat caliditatē et siccitatē quam ad hec inferiora influūt supiora corpora et spera ignis. Est etiā primū mobile scd̄ʒ theologos et laudicē. Mouetur siquidem motu diurno ab oriente in occidentē: et iterum in orientē directe rediēs suo impetu oēs alias spās secū rapit infra diē et noctem circa terrā illis cōtra nitētibus motu ꝓprio quo ɔtra celi motū mouētur sub zodiaco / vt fuit diffuse d̄claratū in libro de celo ꝛ mūdo. ¶ Tertiū celū qd̄ inter ambitū celi cristalini continet et firmamētum in quo sūt stelle fixe. de quo dicit̄ geñ. primo fiat firmamentū in medio aquarū: ꝛ diuidat aquas ab aquis. i. celū cristalinū ab elemētis. Sub firmamēto autē sūt septē planete habentes ꝓprias spās. q̄ etiā noie firmamenti itelligunt̄ ꝓpter sensus maifestatū nō est distictio firmamēti ꝛ spāꝝ septē planetarū apparētiū. loq̄bat̄ ei moyses rudi ꝑp̄lo q̄ sola sensibilia capiebat. ꝓpter etiā vnitatē coordinatiōis q̄ vna aliā spice ɔtʒ. Numerus aūt ꝛ ordo septē planetarū pōt hēri p lr̄as duaꝝ dictionum hui⁹ vs⁹. Post sim sū sedꝫ vltio luna subest. prio eni est saturnus 2. iupiter. 3. mars. 4. sol. 5. venus. 6. mercurius vltimo luna. ¶ Mouent̄ quoq̄ corpa celestia p intelligētias seu angelos scd̄ʒ augu. 8. de trinitate. q̄ quidē ipsa mouēt / nō t̄n informant. Dicere poꝛ eni corpa celestia eē aiata: est tā erroneū parisius cōdēnatum. Dicunt̄ aūt septē planete stelle erratice: q: nō figunt̄ in octaua spera vt alie stelle: sed̄ habēt celos proprios vt dictum est libro de celo ꝛ mundo / quos quidem oportet ponere propter varium motū planetarū. Si eni ipsis nō assignarentur varij celi cuʒ quibus mouerentur: oporteret q̄ mouerētur motu suo proprio et tunc oporteret ponere vacuum in celo scilʒ locū ad quē planete mouerentur / vel duo corpora simul / vel ponere q̄ celū cederet stelle mote: sicut aer cedit corpori moto in aere. hoc autē non est ponendū i celo / quia cū sit incorruptibile ꝛ secundū se totum et secūdum partes: non naturaliter diuisibile. sicut igitur in secūda die fecit de celum cristalinū cum firmamento et speris planetarū. In tertia vero die fecit quattuor elemēta cum dicit congregētur aque que sub celo sunt in locum vnum ꝛ appareat arida. Non facit autē mentionē de igne ꝛ aere propter ipsorū insensibilitatem. In quarta aut̄

die fecit luminaria in firmamẽto et speris planetarum. Est ita ꝙ terra in medio vniuersi vndiꝙ aquis coopta: dēpta quarta eius parte secundum Richard. ¶ Aqua vero aere sperice circũdatur. Aer autem sphera ignis Ignis vero spera lune et sic de alijs vsqꝫ ad ēpireũ: vltra quod nichil est. ¶ Quātũ ad scdm dicit scotus ꝙ stelle agũt i hec inferiora ⁊ pmo in elemẽta. Accedēte enim sole ⁊ alijs stellis calidis ad cētrum alicuius regionis: elemēta supiora scilꝫ ignis ⁊ aer augmētantur: ⁊ inferiora scilicet terra ⁊ aqua minuuntur ⁊ conuertuntur in alia. Sole vero recedēte ⁊ accedētibus stellis effectiue frigidis vt saturno et mercurio accidit ecōtra generatio elemētoꝝ aque ⁊ terre. ¶ Et si dicas ꝙ sic spera aque erit aliquando maior ⁊ aliquando minor. Dico ꝙ sicut accedēte sole ad cētrum vnius regionis / per eius accessum generatur ibi plꝰ de igne ⁊ minuitur de aqua: ita p eius recessum ab alia regione generatur ibi plus de elementis frigidis: ⁊ sic seruatur equalitas quo ad totum. ¶ Item habent actionē quo ad loci mutationem. superior eni pars aeris mouetur circulariter ad motũ celi. hoc patet in ipressionibus. ignitis cuiusmodi sunt comete quas videmus circulariter trāsferri / ⁊ multomagis ipse ignis qui est ppinquior celo mouetur motu circulari ad motũ corporis celestis. ¶ Luna etiā causat motũ fluxus in mari. habet eni dominium super humida: sicut sol sup sicca. Habēt etiam planete vel stelle dñium super mixta inperfecta. vt sunt impressiones. Nam materia illarum que est vapor nō eleuatur ad locum generationis illarũ nisi per calorē incorporatum i illo virtute aliꝰ cuius stelle: hoc patet in stellis comatis ꝗ non solũ mouētur ab oriente in occidens sequēdo motũ celi: sed etiā ab occidēte in oriens vel ab austro i aquilonē sequēdo scilꝫ determiatũ motũ alicuiꝰ planete a quo generantur. ¶ Sed dices. ex quo habēt talē causalitatē sup inferiora stelle ⁊ orbes ꝗ quidē causalitas est determiata et necessaria: quare non iudicāt sup determinate et vere astronomi de eoꝝ effectibꝰ: Dico ꝙ cā est: qꝛ nesciunt perfecte qualitates et virtutes stellaꝝ ⁊ celoꝝ cōcurrētiũ ad talē effectũ effectus eni vnius stelle pōt impediri per aliā eis ignotam. Angeli aũt tam boni ꝙ mali habēt eoꝝ perfectā noticiā: et iō possunt bene iudicare de euētu futuroꝝ subiacētiũ hmōi naturalibus causis. vt de ventis / tēpestatibus et huiusmodi. ¶ Habēt etiam actionem in mixta perfecta: vt metalla que in quibusdā regionibus generātur ex cōstellatione respectũ habente ad illā regionē ⁊ non ad aliā. Nam terra nō est actiua huius diuersitatis. ¶ Itē habent actionē super animata alterādo. s. corpora mixta ad qualitatem conuenientem vel disconuenientē aie perficienti corpus: et sic possunt agere ad generationem ⁊ corruptionē organoꝝꝙ dispositionē.

vel indispositionē. et per conse-
quēs possunt habere actionem
aliquā in intellectu quodā mo-
do. quia si deordinatur sēsus in
actu suo. per consequēs deordi-
natur intellect⁹. vt patet i frene
ticis. Leso eni organo fantasie/
intellectus impeditur a sua ope
ratione. Et similiter etiam quo
ad hec possunt esse causa deor-
dinationis in voluntate. Potest
eni appetitus sensitiuus altera
ri. vt magis iclinetur ad hoc vel
ad illud q̄ ad aliō. Et quia etiā
in viatore inclinatur appetitus
rōnalis ad ꝓsequēdū quod est
oppositū scdm appetitū sēsitiuū
ideo hoc modo inclināt volun-
tatē corpora celestia. In nllo tñ
necessitatur voluntas absolute
ꝓpter hec ratiōe liberi arbitrij
sed potest contra ire. ¶ Et pro-
pter talē pronitatē ad sectandū
appetitū sensitiuum accidit ali-
quādo astronomos vere pteno
sticare de moribus hom: vt q̄
erunt luxuriosi vel hmōi. ꝑ con-
stellationes natiuitatū. Sic etiā
demones de aliquib⁹ futuris cō
tingentibus probabiliter cōie-
cturant. Ipsa quoqꝫ aliqñ ꝓba
biliter precognoscunt: per simi-
lia que frequēter accidere vide-
runt. vt quidā predixit futuram
victoriā sylle. qr videbat quedā
pñtia/ad que probabiliter con-
iecturabat ipsa sequi. vt refert
aug. 2. de ciuitate. Attēdūt etiā
in talibus varias hoim affectio
nes ex varijs ipsoꝝ motib⁹ mul
tiplicesqꝫ inductiones hic inde.
Futura tñ cōtingētia nō possūt
certitudinaliter scire: nisi illa iu
sto dei iudicio a sanctis angelis
addiscāt. ad talia faciēda ipos
licētiantib⁹/ꝛ sic p̄dicunt aliqñ
futura que ipi facturi sūt vt qui
dam predixit capitoliū arsurū/
vt ibidē refert augu. ¶ Ex predi Cor-
ctis patet q̄ impressiones sydे- rela-
rū disponūt quodāmodo ad ve rium
ritatē moꝝ: non tamen necessi-
tant. ¶ Fuit tamen opinio quo
rundam mathematicorum q̄ ex
vi positionis syderuz necessario
causatur in hominibus diuersi-
tas moꝝita q̄ talis est quisqꝫ
in moribus qualē eum facit esse
dispositio syderū in qua est cōce
ptus vel nat⁹ et istā vim vocaue
rūt noie fati. Sed hec opiō ē he
retica. Cū eni tollat libertatē ar fatū
bitrij tollit meritū ꝛ ꝑ cōsequēs ad se
premiū. Unde fatum secundum
istam acceptionē nichil est vt di
cit gregori⁹ in omelia epyphaie
Alio modo pt dici fatum dispo-
sitio siue ordinatio causaꝝ scdā
rū ad effectus producēdos diui
nitus. et hoc modo fatū vere est
aliquid. Prouidētia eni dia per
causas medias suos exequitur
effectus. Potest igit ipsa effectu
um ordinatio dupl'r [considerari] Uno
modo scdm q̄ est in deo: ꝛ sic dr
ꝓuidētia Alio mō scdm q̄ est in
causis medijs ordinatis ad effe
ct⁹ ꝓducēdos: ꝛ sic hꝫ rōnē fati
ꝛ hoc mō boeci⁹ loquēs de fato
i libro de ꝯsolatiōe dicit q̄ fatū
est reb⁹ mobilib⁹ inherēs dispō
ꝑ quā ꝓuidentia dia suis queqꝫ
nectit ordinib⁹ Sꝫ tñ scti docto
res hoc noie vti recusauerūt: ꝓ
pter eos qui illud ad vim pōis
syderū retorqbāt. Uñ augu i li
bro d ci. dei dicit. Si quis ꝓpter
ea res hūanas fato tribuerit.

q2 ipsã dei volũtatẽ vel ptãtem
Rñ= fatũ vocat. sñiam teneat/ et lin=
dco guã corrigat. ¶ Ad argumentũ
ad ar i oppositũ ɔcedo ꝙ circũscripto
gu. oi libero arbitrio dino angelico
7 hũano oia euenirẽt de necessi=
tate 7 nichil contingẽter fieret in
entibus Uñ si aliqua stella esset
nata gñare pluuiã de necessita=
te illam gñaret. si vero fortior eã
in oppositũ veniret: de necessita=
te ipediret. Sed qd de infirmita
tibus? Agunt ne ad has? Dico
ꝙ sic habẽt em̃ aliquã actionez
dispositiuã i intẽdẽdo vel remit
tendo qualitates et hmõi. et sic
est conueniens et necessarium
ꝙ bon9 medic9 habeat scientiã
astronomie. Possũt eñ medici in
aliquo tẽpe ppinare medicinã
q̃ iterficit: 7 i alio tẽpe liberaret.

di.15 Irca distinctionem.
15. in qua magister
agit de opere quin=
te et sexte diei: scien=
dum ꝙ sicut eodem
die factus est totus ornatus na
ture lumiose. s. 4. die: sic eodem
die debuit fieri ornatus nature
transpentis nõ luiose. s. aeris et
aq̃. hinc est ꝙ hoc die pducit de
us ex aq̃ natatilia 7 volatilia tñ
de o= q2 aer 7 aq̃ conueniunt in trans=
peri= perentia nõ luiosa: tñ q2 pars a
bus eris auibus ornata vaporibus
ante aqueis ẽ ɔmixta. sic in vno die
7 sex debuit fieri ornat9 nature opace
te die et ideo sexto die producit deus
rum. de terra hominem et alia aialia
gradientia. Die vero septimo
requieuit deus. i. cessauit a no=
uis gñibus creaturarum condẽ
dis. In illis enim sex diebus p=
duxit deus omnes species crea=
turarum q̃ producende erãt vel
in suis actualitatibus vt machi
nam mũdialẽ 7 creaturas ptinẽ
tes ad eius ornatum/ aut i suis
pricipijs per q̃ poterant postea
naturaliter pduci. qđ dico ppt
aliquas spes iperfectorum aialiũ
cuiusmõi sũt vermes: q̃ virtute Cur
corporum celestiũ gñantur. Est hõ sit
aũt hõ vltimo productus tanq̃ fact9
finis ad quẽ creature sensibiles die
ordinãtur. Licet nanq3 deus sit vltĩ.
finis vltimus oim creaturarum
inq̃tũ in eis est q̃daz participa=
tio diuine boitatis. hõ tñ qui na
tus ẽ imediate cõiungi deo per
cognitionẽ 7 amorẽ est finis sub
fine quo mediante creature non
rõnales in deũ ordinãt ¶ Aliter
tñ ordinabatur ad hoiem in sta
tu nature institute. 7 aliter i sta
tu nature lapse: q2 in prio statu
si pseuerasset hõ: oia aialia irrõ
nalia obediuissent ei 7 sic fuissent
ei ad manifestandũ eius impe=
rium 7 in solatiũ. 7 ɔtẽplationis
exercitiũ: ex varietate creatura=
rum attendẽdo sapiam cõdito=
ris. In statu aũt nature lapse vl
tra predicta quedã sunt ad su=
stẽtãdũ hois naturã quo ad ci=
bũ vel labores. vt iumẽta et pe=
cora. quedam vero ad corigẽdũ
eũ pp culpã: q datur hoi in exer
citiũ aialia q̃ nata sunt seruire.
vt bestie quasi vastie: qdã vero
sunt ad hui9 exilij eruditionẽ vt
qñ videm9 pugnas inter aues.
inter pisces. inter feras. inter re
ptilia addiscim9 ex certamib9 et
isidijs ceterorum aialiũ i ɔ̃ptis cer
taminib9 7 insidijs 7 nos 7 mun
dus hic tot9 posit9 sit In cũctis
vero etiam minimis et q̃ nulli9

vtilitatis esse videtur: diuinã operationem possumus admirari. ¶ Posset aũt sumi gñalis diuisio aĩaliũ inquantum ad moueri. Aĩal enim vel mouet se ipellendo. et hoc vel pedibus. et sic est gressibile. vel alijs: et sic est volatile. Aut mouet se anterius trahendo: et sic est reptile. Motus enim reptendi attẽdit scdm tractionẽ vt ptz in vermibus et serpentib9 totũ corpus suũ post se trahentibus. et in natatilib9 q̃ vi pẽnularum totũ corpus suum trahunt. Large aũt dicũtur reptilia q̃ in mouẽdo se magnã partẽ corporis terre applicant q̃uis hẽant pedes: vt lacerte. ¶ Oritur autẽ in hac distictiõe dubitatio cõis. an elemẽta maneãt i mixto. Et dicũt quedã q sic. Alij vero q ñ nisi virtualiter: sicut imperfectum cõtinetur in perfecto seu p conuenientia q: mixtũ ꝯuenit cũ elemẽtis iformitate qualitatũ. Cui opioni magis adheret scot9: vt declaratũ est i libro de gñatiõe.

¶ R͠ndeo q xp̄s non est aliqua duo. Non enim est due persone (vt ptz ex distinctione p̄cedēti) nec est due nature: qz nō ē natura hūana/licet habeat i se duas naturas. ¶ Ad primū dico q nō sequit͛ i xp̄o sūt duo eē. ḡ est duo exn̄tes. quia ↄcretū nō numerat͛ absq nūeratiōe suppositi. sicut xp̄s nō dr̄ duo/ volētes lz sint in se due volūtates: nec hn̄s duas sciētias dr̄ duo sciētes. ¶ Ad secūdū ↄcedo q i xp̄o sūt due nature nūero. sed nō seq̄tur q xp̄s sit duo nūero. qz xp̄s nō ē altera istarū naturarū. persona th̄ ibi subsistit duab⁹ naturis. In vna hz primū eē. i alia quasi aduēticia a qua hz scd̄m eē. sicut si aliquo mō sor. diceret͛ subsistere in hūanitate ꝛ albed. ꝛ hoc sine cōpositiōe ꝓprie dicta qz vna non ꝑficit aliā. nec ex eis ē aliqua tertia ꝑsona. ¶ Quedā aūt auct͛. dam. innuēs ibi eē ↄpositionē dz intelligi de compositione improprie dicta qz. s. ibi est simul positio nature cū natura. ꝓpter vnitatē duarū naturarū in quibus ꝑsona verbi subsistit. ¶ Qd etiā dr̄ in symbolo sicut aīa rōnalis et caro vnus est hō: ita deus et hō vnus est xp̄s. nō est similitudo q̄tū ad extremorū ↄpositionē: sz q̄tū ad hoc q sicut aīa et caro ↄcurrūt ad vnitatē ꝑsone: etiā deitas ꝛ hūanitas in xp̄o in vnitatē persone concurrunt: q̄uis hoc fiat alio ꝛ alio modo.

dī. 7
Irca disti. 7. Quero vtrū deus sit factus hō? ¶ Qz nō. qz tūc esset factus. ꝓbatur ↄn̄ia qz sortes est factus homo. ergo est factus. sic i ꝓposito. ¶ Preterea si fact⁹ est homo. ergo est mutatus ad humanitatē. ↄn̄ia ptz vniuersaliter in oibus. ¶ Cōtra ioh. 1. Uerbū caro factū ē. caro ponitur ꝓ homine. ¶ Rn̄o. ꝓpositio ē simpliciter vera: deus enim est factus homo: non q diuina natura sit mutata in humanam. sed qz humana natura vnita est persone filij dei. ꝛ hoc ꝑ factionē trinitatis. quia tota trinitas operata est effectiue illam vnionē. Ratione cuiu⁹ vnionis illa est vera deus est hō. et ecōuerso hō est deus ꝓ eo q due nature ibi vnite sunt in vnā personā q̄ cū in vno supposito vniūtur de seinuicē in cōcreto predicātur. tum etiā quia suppositū subsistēs i aliqua natura dr̄ tale secundum illā naturam. Deus igitur qui non semp fuit homo: per operationem trinitatis factus est hō. ꝛ ecōuerso homo factus est deus. Uñ aug. talis fuit illa vnio q̄ deū faceret hominē ꝛ hominē deū. ¶ Ad primū dico. q consequētia non valet. quia factio quando ponitur secūdum adiacens dicit factionē simpliciter. quando autē ponitur tertium dicit factionem secundum quid: scilicet scd̄m illud secundū quod specificatur. ¶ Ad probationem dico q non sequit͛ de sorte gratia forme: sed tantum gr̄a materie. quia sortē esse hominem dicit primum esse sortis. non sic i proposito. ¶ Ad secundum dico q non oportet omne quod fit tale mutari vt sit tale. sed hoc tantum accidit in illis que prius fuerunt in potē=

tia ad illud scdm quod fiunt in actu per informationem. quo n fit verbum homo sed tantum p vnionem personalem. Unde mutatio solum est in natura humana in qua passio correspondes factioni trinitatis

q.2.
Trū p destinatio qua xp̄s p̄destinat⁹ ē eē fili⁹ dī necessario p suppōat lapsū hūane nāe? ¶ Et arḡ q sic. Ad gal.4. At vbi venit plenitudo tē poris misit deus filiū suū natū ex muliere: factū sub lege vt eos qui sub lege erāt redimeret. Hic assignat aplus nr̄am redēptionem esse rationem missionis filij dei i carnē. Itē aug. sup Johā. Si deus pctōres nō amaret: ad terrā de celo nō descenderet.

¶ Cōtra aug. de spū z aīa propterea deus factus est hō vt totū hoiem in se beatificaret vt siue hō ingrederetur intus per intellectum siue egrederet extra p sensū in creatore suo pascua inueniret. pascua intus in cognitiōe deitatis pascua foris i carne saluatoris. hec ratio remanet etiā circūscripto lapsu humane nature. ¶ Hic primo videbitur de supposito. 2. de qr̄esito. ¶ Quātum ad primum dicit apostolus ad Ro.1. q christus predestinatus est esse filius dei in virtute. Ubi sciendum q cum predestinatio sit preordinatio ad gloriam principaliter et ad alia in ordine ad gl'am. et huic nature humane in xp̄o preordinata sit gl'ia et vnio ista verbo in ordine ad gloriam qr non tāta gl'ia fuisset sibi cōferēda si nō eēt vnita sicut mō collata est Quēadmodū igr̄ merita cadunt sub predestinatione sine quibus non ordinaretur tā ta gl'ia: ita vr̄ de ista vnione: et ita sicut p destinatū est hanc naturam vniri verbo: ita predestinatum est hunc hominē esse filium dei. ¶ Et si dicas predestinatio primo respicit personā. natura aūt nō personata vnita ē verbo. Rn̄sio cū deus possit diligere non tantū personā: sed etiam naturā: sic potest predestinare n tantum personam sed etiā hanc naturam. ¶ Quantum ad secū dū est duplex opinio. ¶ Quidā ei adherentes auctoritatib⁹ allegatis dicunt q si adā nō peccasset filius dei nō fuisset incarnat⁹ et huic opinioni magis adheret bonauentura. Alii vero dicunt q si adā nō peccasset nichilominus verbum diuinū naturā humanā assumpsisset / nō tamē venisset vt redēptor / neq vt passibilis: quia illa anima cui deus preoptauit nō solum summam gloriam sed etiam sibi coeuam / non fuisset vnita corpori passibili si non esset redemptio facienda / et sic sunt omnes auctoritates exponende. ¶ Huic opinioni magis adherent scotus z alexāder. Ad hoc adducitur ab alex. ber. exponens illud. Jone. propter me orta est hec tempestas de filio dei adducens q lucifer p̄uidit rationalē creaturā assumendam in vnitatem persone filij dei vidit z inuidit. Unde inuidia causa fuit casus dyaboli et mouens ipsum ad tentandū hominē cuius felicitati inuidebat:

Rn̄sio p̄destinatio ē.

p̄destinatio quid

singularem

scd̄m ar.

vt per peccatū demereretur humana natura assumptionem et vnibilitatem ad deū. ¶ Ex quo patet q̄ lucifer intellexit vnionē nature humane ad diuinā. non existente lapsu humane nature. et ipsum lapsum intellexit vt impeditiuū vnionis propter q̄ ipsum procurauerit. Hoc etiam a scoto probatur quia non est verisimile q̄ propter solam redemptionem faciendam deus illam animam ad tantam preordinauisset gloriā. cū illa redēptio nō sit tātū bonū q̄tū est illa gloria aie christi. Nec est verisimile tm̄ bonū in entibus et tam summū esse tantū occasionatū ꝓpter minus bonū: sicut nec est verisimile ipm prius preordinauisse adā q̄ christum. quod tamē sequeretur. Imo etiam vlterius q̄ [redacted] preuidisset eum casurum q̄ predestinasset christū. si tantum esset anime predestinatio illius pro redēptione aliorū. ¶ Pōt igitur dici q̄ prius natura q̄ aliquid preuideretur circa peccatorem. siue de peccato. siue de pena. deus preelegit ad illam curiam celestem oēs quos voluit angelos et homines in determinatis gradibus. et nullus est predestinatus tm̄. q2 alius est preuisus casurus vt sic nullū oporteat gaudere de lapsu alterius.

Distinctione octaua.

di.8. Circa distinctionē. octauam Quero vtrū i christo sint due filiationes? Q2 nō filiatio cōstituit filiū igitur due filiationes duos filios: xp̄s nō q̄ ē duo filij: ergo. ¶ Itē filiatio est tm̄ suppositi nō nature sicut gñatio. Vñ in diuinis essentia non generat nec gñatur. sed in christo nō est nisi vnū suppositū. ergo non est nisi vna filiatio. ¶ Cōtra. Si pr̄ fuisset icarnatus fuisset filius nō filiatione eterna. ꝗ temporali. sed ꝓprietas eterna filij ita abstrahit ab omi creatura vt termino sicut ꝓprietas patris. ergo filiatio eterna non habet respectū ad matrē vt dicat eius filius. est igitur i eo filiatio ¶ Preterea quinto methaphisice capitulo de ad aliqd īfert aristoteles. Si idē referret ad plura eadē relatione q̄ idē bis diceretur. ergo non pōt christus eadem relatione dici ad patrem et ad matrē. ¶ In ista q̄stione quidam tenent partem negatiuam cuius op. est bonauentura. Alij vero affirmatiuā. et huius opinionis sunt. Rich. et scotus. Et probatur q2 ad duos terminos non potest esse eadē relatio: q2 tunc eadē simul esset et non esset puta si vnus illorū corrūperet et alius remaneret: cū relatio non possit esse sine termino. ¶ Item christi sunt due gñationes scđm dam. ergo et due filiationes. ꝓbatur cōsequētia. q2 ad plurificationē gñationū sequitur plificatio filiationū est igitur in xp̄o filiatio eterna ad patrem: et temporalis ad matrem. ¶ Sed hic est dubium. Utrū filiatio realis ad matrē: que fundatur super naturā actualiter existentē acceptā per gñationē: sit eadem realiter fundamēto. ¶ Videt q̄ sic q2 respectus creature ad deum efficiens

sem est idem realiter fūdamēto (ex pri.di.scdi.)igitur & respect⁹ ad primū efficiens est idem esse cū oēs cause efficiētes ordinate habeant rationē vni⁹ cause totalis. ¶Rño.illa relatio nō est eadē realit fūdamēto cū possit fūdamētum esse sine tali relatione. Posset eni eadem natura esse creata imediate a deo: non sic est de relatione ad primū efficiens sine qua fundamētū esse includit cōtradictionem. ¶Ad primū argumentū respondeo φ ad plurificationē filiationū seqtur plurificatio filiorum qr concretū nō plurficatur nisi ad plurificationem suppositi sicut non seqtur plures scie: ergo plures scientes. ¶Ad scdm dico φ generatio in creaturis non solū est suppositi sed etiā nature(cū natura plurificet in suppositis)nō sic in dis vbi natura nō plurificatur in suppositis/et ideo non generat nec generatur sz generās realiter distīgatur a genito

Irca distinctionem nonā. Quero vtrū xpo debeat latria solūmodo scdm naturā diuinā: Qz sic Latria est cult⁹ vel honor soli deo debit⁹ ratione sūmi domini sed christus solū secundum naturam diuinam ē sūmus dñs igitur. ¶Cōtra magister in lrā adducit auctoritates ¶Hic primo videndum qd sit latria. Scdo qualiter debetur &.3. scdm quam naturam xpo debetur. ¶Quantum ad primum dico φ sicut possum⁹ aliquē actu interiori revereri bona nostra reputando parua respectu bonorum illius, quē reueremur: sic possumus extollere in corde seu revereri sūmā dei bonitatem ac maiestatē a qua manat & descendit qcquid in nobis est bonitatis huic aūt actui iteriori corrñdēt alid act⁹ exteriores q sunt signa hui⁹ act⁹ interioris. puta i quacūqz lege aliqua sacrificia vl' aliqui rit⁹ seu cōsuetudines aut pstrationes ptestātes sūmam esse dñationē i eo cui talia exhibent et subiectionē respectu hui⁹ in exhibēte. Ex istis quoqz actib⁹ potest generari quidā habit⁹ inclinās ad faciliter & prōpte eliciēdū tales actus/et sicut tales actus erāt boni qñ erāt debite circunstātionati/ita habit⁹ genitus ex talib⁹ actibus frequēter elicitꝫ. Sic ergo hoc nom latria potest equoce accipi. Uno mō p cultu siue reuerētia exhibita deo i actu iteriori rōe sūmi boni & sūmi dñij vl' in actu exteriori. vl' p habitu iclināte ad talē actū. Et ille habit⁹ cū sit ꝯson⁹ recte rationi virt⁹ est & nō theologica/qr licet respiciat deū vt cui debet reuerētia nō tñ habet ipsum p:o obiecto imediato sz honorē sibi actu exteriori exhibendū. In actibus etiam virtutū theologicarū non consistit supfluū/bene tñ reperitur in actu latrie excessus. vt si quis sacerdos vellet decem missas cantare in vno die ad laudē dei non seruaret modū. Est ergo virtus moralis et potissime continetur sub iusticia qua reddit superiori qd sibi debetur. ¶Posset tamen large sumi pro cultu interiori quo creditur/diligitur

et separat deus. et sic ꝯplecterent tur tres virtutes theologicas/ sꝫ non sic sumitur proprie sed pro cultu exteriori seu seruitute corporali: Est enim latria idem ꝙ seruitus scḋm augu. in libro de trinitate/ sic per oppositum ydolatria dicitur exterior seruitus ydolorum. Qui eni discredit non ydolatra ꝓprie sed infidelis dr̄ sed tunc dicitur ydolatra cum exterius collit vel adorat ydola ¶ Questio itaq̃ ꝓposita non est de latria virtute sed actu qr tentio vel debitum non est ꝓprie ad ꝟtutē sed ad actū aliquem ꝟtutis generatiuū: vel a virtute elicitum. qr ille imediate est in potestate nr̄a. ¶ Quatum ad scḋꝫ articuluꝫ dico ꝙ de illo actu bono est preceptum affirmatiuuꝫ Rationabile enim est creaturaꝫ itellectualē obligari ad aliquā do recognoscendum et reuerendum sūmū dn̄m suū. hoc autem preceptū sicut alia affirmatiua obligat sēper sed nō pro semper Et pōt poni ꝙ obligatio ad istū actum pertinet ad primum preceptū prime tabule. Nō habeb deos alienos/ qḋ preceptum nō est tantū negatiuū prohibendo adorationem exhiberi alicui cui non cōuenit/ sed affirmatiuū vt habeat deus verus tanq̃ dn̄s et adoretur quod bene exprimitur deuteronomij. 6. Dn̄m deū tuū adorabis et illi soli seruies. &c. ¶ Ad actū huius ꝑcepti aliquādo eliciendum tenetur quilibet adultus/ et pro tēpore legis moſayce videtur determinatio temporis fuisse ad actū huius precepti per tertiū preceptū de obseruatione sabbati. et pro tempore legis euāgelice in sanctificatiōe diei dn̄ice. Et etiam determinat ꝗ̄tum ad actū scḋm quē iste cultus vel honor debet exhiberi pura in oblatione illius sūmi sacrificij eucharistie. quam debēt sacerdotes offerre. et in illa oblatione debet populus interesse. et offerre. qui tenetur audire missas totas die dominico. secūdū illud de consecratione dis. i. in ctione prima. Missas. Et si necessitas excuset ab executione huius actus quem determinat ecclesia. necesse est supplere i alio equiualēti. vt saltem die illo deputato specialiter cultui diuino aliquis actus habeatur rectus immediate in deum ad eius reuerentiam scḋm scotuꝫ. ¶ Quatum ad tertium cū queritur an debeatur christo latria solūmodo secundum naturam diuinaꝫ Dico ꝙ ly solūmodo potest accipi cathegoreumatice vel sincathegoreumatice. Primo modo concedo ꝙ sic. qr xp̄o ꝯsiderato scḋm solā naturā dinam sufficiens est in eo rō sūmi adorabilis. Si autē sumatur sincathegoreumatice: tūc notat exclusionē ab vno extremo respectu alterius extremi. et tunc vel potest excludi a termino adorationis. vel vt ratio adorandi. ¶ Primo mō dico ꝙ non solū scḋm naturā diuinā est xp̄us sic adorandus. qr a terio adorationis nō debet excludi natura humana. ipsā eni secludendo non potest adorari xp̄s. cum sit deus pfectus et hō scḋꝫ dam. Scḋo vo mō prout solū excludit aliud vt rationē ado

randi potest dici q solumō scdз naturam dīnam est adorandus q: in nulla alia natura est rō sūmi dominij.et ita nec rō adorationi debite sūmo dño Exēplum de rege ⁊ purpura.quia et si rex ꝓpter se sit adorandus:tñ adorať cū purpura adiūcta.lз purpura nō sit rō adorādi.Et si qrātur q̄ adoratio debeť hūanitati xpi.ita q ipsa sit rō adoratiōis? Rñō q adoratio yꝑdulie vbi sciendū q sicut latria est cultus soli deo debitus:sic dulia est cult⁹ debitus creature rōnali:et dividitur i duliā maiorē ⁊ minorē.Dulia maior dr yꝑdulia q̄ est reuerentia debita excellētissime creature cuiusmodi est hūanitas xpi q redēptionē nr̄am effecit meritorie.lз tota trinitas ipaз pnci paliter fuerit opata.¶ hec etiā reuerētia debeť btissime virgini marie.q̄ oēm puram creaturam superexcellit nomē habēs excellētissimum sita q excellētius pure creature cōuenire nō postet.Ipsa nāqз ꝟgo ꝑmanēs/dei mater existit qd̄ tante dignitatis est q non solū viatores:sed etiā cōprehensores non solū hoies sз etiā angeli reuerentur ꝑrogatiua speciali.Ex hoc eni q mater dei est:prelata est ceteris creaturis et eam pre ceteris decens est honorari et venerari.Alios vero sanctos veneramur dulia Sunt aūt latria et dulia distincte species virtutis(secundū bonauenturam)cū cultus qui exhibetur creatori et cultus exhibit⁹ creature formalem habeāt differentiā.Alius enim est mod⁹ adorādi creatorem et alius adorandi creaturam.Si quis enim sacrificaret homini/crimē ydolatrie cōmitteret.et si quādoqз idē honor vtriqз exhibeatur:alia tamē est ratio motiua et ideo alia virtus directiua.Non enim exhibetur honor homini in protestationem summi dominij sicut exhibetur deo.¶ Et si arguas q magis et minus non diuersificant speciem sed latria et dulia differunt sicut maior honor et minor ergo.Rñdeo q maior est ꝟa quādo non est alia differētia q̄ꝫ per magis et minus.Hic autem est alia differentia vt patet ex predictis.¶ Ad argumentum dico q probat prout ly soluз tenetur sincathegorematice et excludit aliud a natura diuina(vt rationem adorādi)et hoc est verū q: si natura humana esset ratio adorationis latrie ipa separata a verbo esset ratio eiusdē adorationis qd̄ falsum est scd̄m aug.i lr̄a q: si natura ista separatur a verbo illi homini nūqз seruio scilicet hac seruitute.

Ecundo q̄ro Utrū cultus latrie sit exhibendus ymagini xpi?¶ Et q nō videť exo.12. Nō facies tibi imaginem neqз sculptā similitudinē ꝗ ergo ꝓhibitum est imaginē fieri multomagis et adorari.¶ Item dam.magne impietatis est figurari qd̄ deitatis est.ergo maior ꝫ ipietatis est adorare iā figuratum.¶ Itē fortius fugiēdus est ritus ydolatricꝫ legales cerimonie/sз ecclesia fugit ritū cerimonie legalis ne videať iudai- q.2.

gare ergo deb3 fugere ritū ydolatrie qui consistebat in veneratione ymaginū. ¶ Itē cū huiusmodi ymagines nec per nouum nec per vetus testamentū approbentur videtur q̄ earū introductio fuerit nouitat; p̄sūptio ¶ Contra dam. libro tertio. honor ymaginis refert ad prototipū. i. ad principale figuratū. ergo idē est adorare ymaginē & eū cuius est ymago: si igitur christus colendus est cultu latrie / videtur q̄ eius ymago similiter. ¶ Responsio q̄ ymaginum introductio in ecclesia non fuit absq̄ rationabili causa. Introducte enim fuerunt propter triplicem causam scilicet propter simplicium ruditatem / propter affectus tarditatem / et propter memorie labilitatem. Propter simplicium ruditatem inuente sunt vt simplices qui non possunt scripturas legere in huiusmodi sculpturis & picturis possint apertius nostre fidei sacramēta intueri. Propter affectus etiam tarditatem similiter introducte sūt vt hoies qui nō excitantur ad deuotionē ex his que aure percipiunt saltem excitētur. dū eadem in figuris & picturis tanq̄ p̄ntia oculis corporis cernunt. Plus enim excitatur affectus noster per ea que videt. q̄ per ea que audit. Propter vero memorie labilitatem (q2 ea que tantū audiūtur. facilius tradūtur obliuioni q̄ ea q̄ vidētur. In multis enim verificatur illud cōmune dictum. verbū intrat per vnā aurem et exit per aliā) Dispēsatiōe igitur diuina factū est vt ymagines fierēt precipue in ecclesijs vt vidētes eas recordemur de beneficijs nobis impensis. et sanctorum operibus virtuosis. ¶ Qm̄ igitur ymago xp̄i introducta est ad repn̄tandū eum qui pro nobis crucifixus est. nec ymago offert se nobis pro se sed pro illo. ideo ois reuerentia que ei offertur / exhibetur xp̄o: & ppterea ymagini xp̄i debet cultus latrie exhiberi. ¶ Sic etiam crux xp̄i scd̄m bonauen. est adoranda adoratione latrie. non vt res: sed vt signū rememoratiuū ducens nos in xp̄m crucifixum. Illa tn̄ crux que precioso sanguine xp̄i est irrigata est venerāda non solum vt signū. sed ratione materie qui honor non debet dici latria vel dulia. q2 non est spēs adorationis que respicit naturā intellectualē: sed vocari potest honor venerationis. ¶ Ad illud ergo quod obijcitur q̄ prohibitum est nequis faciat sibi ymaginē: dicendū q̄ pro illo tp̄e prohibitum est in quo deus hūanā naturā nondū assumpserat: tūc enim cum deus oino spūs esset infigurabilis erat. & ideo ipsum figurare erat error et ipietas. et p illo tp̄e loquebat dam. ¶ Ad illud quod obijcit q̄ illud videtur esse ydolatrare. Dicendum est q̄ verum est si adorentur ratione sui: ita q̄ crederetur aliqd diuinum sibi esse. Nunc aūt non est sic: immo aliter mentes fidelium venerātur et ideo non seruant ydolatrie ritū. ¶ Et si obijcias q̄ sunt occasio errorum. Dico littere sacre fuerunt et sūt vsq̄ ad hodiernum diem occasio errorum et etiam ille creature

Rn̄o q̄re sunt admisse ymagines.

non tamen propter hoc sunt littere delende et creature destruende. q2 hoc diuini iudicij est. vt bonis sint in bonū. malis autē in malum conuertātur. Ad illō quod dicit q hoc nō hab3 auctoritatem ex scripturis. dicendū q apl'i multa tradiderunt que tn̄ nō sunt scripta. ¶ Narrat tn̄ augu. duo q̄ sunt ad ymaginū confirmationē. Unū est q cū pictor quidā a rege abagaro missus: faciē dn̄i figurare nequiret propter radiorū chorusantiū claritatem: dn̄s vestimentū ipsi⁹ pro pre faciei super iponens: in eo suiipsius ymaginem impressit. et regi abagaro misit. Aliud: q lucas dn̄3 et matrem ei⁹ depixit.

q.3

Tertio querit vtrū cult⁹ latrie possit exhiberi xp̄i aduersario sine peccato? ¶ Rn̄o scd̄3 bonauē. q honor latrie pōt exhiberi aduersario xp̄i dupliciter. Aut simpliciter. aut sub cōditiōe. Si simplicit: dico q nō pōt sine pctō. offert eni cult⁹ latrie alteri q̄ deo. et ideo est ibi pctm̄ ydolatrie. Nec excusat rōe ignorātie. habet enim triplex remediū p quod pōt errorē deuitare. Primū est remediū pmotiōis sacre scripture. q̄ dicit q multi i nomie xp̄i venturi sūt mēdaciter. Secundū est remediū oratiōis interne. qua ad deum debet homo recurrere vt cor eius illuminet. Tertium est suspēsio credulitatis sue. Non eni debet homo oi spiritui credere: sed probare si ex deo sunt. qui eni cito crediti tolibus: leuis est corde. et fortass sis inflatus. dum ad tales visiones et reuelatiōes ydoneū se eē estimat. Unde tales apparitiones poti⁹ sunt formidande q̄ desiderande. ¶ Narratur enim de quodam sācto patre q cum dyabolus ei i specie christi appareret: ille clausis oculis dixit se in hac vita xp̄m nolle videre. at dyabolus eius humilitate cōfus⁹ statim euanuit. Ecōtra de pluribus narratur qui se ad visiones ydoneos reputauerunt et desideraucrunt: qui in multas insanias et errores precipitati sunt. et ideo simplicit adorās quis xp̄i aduersarium: non excusatur a pctō: etiā si credat eū esse xp̄m. ¶ Si autē adoret sub cōditiōe hoc pōt esse dupliciter q2 illa cōditio est apposita habitualiter vel actualiter si actualit: sic non adorat ipsum luciferum sed magis xp̄3. q2 nō stat adoratio nisi stante cōditione: et ad eū refertur adoratio ad quē refert adorationis implicatio. Si autē sit tm̄ apposita hitualiter: non sufficit ad vitādū pctm̄ ydolatrie respectu hui⁹ apparatiōis / sufficit tamen respectu sacramenti altaris. Nam t'lis trāsfiguratio est insolita: et ideo requirit considerationē et attētionē. qua propter non debet ad eā precipitāter sequi adoratio: sed cū maturitate et preuia orone. sed q2 consecratio hostie est cōsueta. iō sufficit q adorans in habitu habeat hanc conditionē videl3 si consecratio debito mō facta est. vn̄ pauci vel nulli fideles in hac adoratione peccant. oēs eni accedunt cū conditiōe ista. ¶ Quod

sut dicit quedam decretalis q plus peccat mal⁹ sacerdos q̄ nō cōficit et simulat se conficere q̄ʒ il le qui i pctō ex ñs cōficit. pro eo q facit populū ydolatrare. hoc intelligitur q̄tum in se est: quia per ipsum non remanet q̄ scelēter exhibet adorandum quod scit adorandum non esse.

di.10 Circa distictionē. 10. queritur vtrū filiatio adoptiōis sit in x̄po? ¶ Q̄ sic videt hilarius de trinitate. Potestatis dignitas nō amouet: dū carnis humanitas adoptatur ergo humana natura i x̄po ē adoptata. ¶ Itē christus est filius dei scʒ q hō nō p naturā: q: tuuc esset eiusdē nature ergo per grāʒ. igit est filius dei adoptiu⁹. ¶ Item x̄ps est predestinatus ad Ro. 1. ergo adoptatus. Probat pña. q: predestinare est ad hereditatem adoptare. ¶ Cōtra. Ambro. super illud ad ro. 10. qui predestinat⁹ est filius dei. Legi et relegi scripturas: iesū filiū dei nunq̄ʒ adoptione inueni. ¶ Rñdeo. Nō admittitur cōiter x̄pm esse filium dei per adoptionem siue proferatur simpliciter siue inq̄ʒtū hō. ¶ Ad quod adducit magister plures auctoritates in littera. Cuius ratio est. quia filius dicit adoptiuus q̄ nō est natura genitus hñs ius succedendi in hereditatem per gratiam nō per naturam. Nō enim adoptātur filij pprij. sed alieni qui scʒ pri⁹ erāt extranei. q: igitur x̄ps secundū naturā assūptam nunq̄ʒ fuit extraneus seu non filius: cū ab instanti conceptiōis habuerit gratiā cōsūmatā. ideo nō dr fili⁹ dei adoptiu⁹ ¶ Et si arguas q beata virgo nūq̄ʒ fuit sine gratia: et tñ i ipsa cadit filiatio adoptōis ¶ Rñdeo q lʒ btā vgo nūq̄ʒ fuit si ne grā hñit tñ aliquā extraneitatem q: scʒ suā p̄mā originē fuit indifferēs ad filiationē gratie vel ire: et oēs alii a x̄po. x̄pus autē secundū naturā assumptā nūq̄ʒ potuit esse extrane⁹: q: deus de potentia ordinata nō potuit nō dare summam grām nature vnite verbo quare ille homo fuit impeccabilis secūdū anselmū Unde generationē eius cōmitabatur de cōgruo gratia qua hʒ ius in hereditate: nō sic de aliis ¶ Ad auctoritatem hilarij dico q hūanitas dicitur adoptari ñ ratione singularis nature que assūpta est a verbo sʒ per illam vnionē adoptati sunt alij hoies ¶ Ad scōm dico q x̄pus secūdū q homo est filius dei per grām nō quidē per grām adoptionis sed per grām vnionis que multo est excellētior vt ptʒ ex p̄dictis Nec habet repugnantiā ad filiationem naturalem. sed illā cōmitatur nec pōt amitti. Ad tˀtiū cū dicitur christus fuit predestinatus/ergo adoptat⁹: negatur consequentia. Ad probationem dico q ad hoc q predestinatus sit adoptatus oportet q sibi vt q̄ñq̄ʒ extraneo cōferatur gratia.

Circa distictionē 11. q̄rit vtrū x̄ps sit creatura? Rñsio. Ista non admittit a magr̄o nec a doctorib⁹ ipsū sequētib⁹. nō quin possit cōcedi si bene intelligatur: sed p di.11

pter hereses hereticorũ dicentium xp̄z esse puram creaturam: cum quibus noluerunt sancti cõicare in sermone. Q̃ aut̄em de veritate sermonis possit concedi: probatur p dam̃.ca 3. Christus creatus est et increat᷒. passibilis ⁊ ipassibilis. ⁊ p aug. de sermone domini. Uoluit esse creatura qui est creator. ⁊ hiero. super epi. ad ephesios. Nos p clamamus non esse periculum dicere xp̄m esse creaturam.

di.12 Circa distictionẽ.12. Queroutrũ xp̄s potuit peccare Q̃ sic. Aug.3.de li.arbi. Melior est natura que peccare potest / q̃ que peccare n̄ p̄t igr̄. assũpsit naturã potẽtẽ peccare ⁊ sic peccare potuit. Jtẽ ecclˀiastici.31.dr̄ ad laudẽ viri iusti q̄ potuit trãsgredi ⁊ nõ est trãsgress᷒. hoc ergo est christo attribuẽdum. Cõtra. quia tunc potuisset damnari. ¶ Ad istam questionẽ breuiter r̄ndeo q̄ cũ in primo instanti fuerit beatus: beatitudo sibi abstulit oẽz potestatẽ peccãdi que potest auferri per beatitudinez / licet cum hoc dispẽsatiue staret potestas merendi. ¶ Ad primũ argumentũ dico q̄ natura quaz assumpsit de se erat vertibilis: sed per beatitudinẽ fuit confirmata in primo instanti et sic impeccabilis sicut beati sũt ipeccabiles: de quo dictũ est distin.10. primi sen. ¶ Ad secundũ de laude viri iusti: dico q̄ laus illa ratione vnius partis dicit perfectionẽ ex hoc scilicet q̄ nõ est trãsgress᷒: ex alia vero pte dicit quãdam defectibilitatem. Jlla ergo laus est in xp̄o attribuenda q̃tum ad illud quod dicit perfectionem: et non q̃tum ad aliã conditionem. ¶ Et si arguatur per illud aug. q̄ deus iudicauit melius fieri hoies qui peccare possẽt: Dico q̄ illa melioritas attẽditur in meliori tate gñis humani in ordine vniuersi secundũ legem cõez sed decuit vt christo (q̄ habuit aliquid supra hominẽ) fieret aliquod priuilegium speciale vt esset i eo liberalitas obsequij sine vertibilitate arbitrij sicut in diuina voluntate videmus q̄ liberaliter nobis bona impendit: nullam tamen est in eo ponere vertibilitatem.

Circa distinctionem. 13. Queroutrum xp̄o potuit conferri summa gratia que potuit conferri creature? ¶ Q̃ non. Anima christi non est sũma natura intellectualis. ergo nõ potest sũmã gr̄am recipere. proba tur consequentia. q: natura perfectior est capax nobilioris perfectiõis ¶ preterea. si gratia quã anima christi potuit recipere necessario esset finita. ergo non est cõtraditio aliquid fieri pfectius illa. cum finito possit fieri additio noui grad᷒ ¶ Preterea si gr̄a anime christi esset in termino vt non posset omnino illa maior eẽ aut hoc esset propter rationem forme in se: aut propter aliquid ex p arte efficientis / aut suscepti ui. Non primo modo: q: ipsa est participatio caritatis infinite / ⁊ ita potest crescere in infinitum anteq̃ deueniat ad caritatem quam participat. Nec secundo modo: q: est efficiens infinitum. di.13

Nec tertio modo quia forma re cepta ampliat capacitatem reci pientis. ¶ In oppositum. Ista natura potuit assumi ad sum= mam vnionem quantum ad esse ergo quantum ad operari. hoc autem non fit nisi mediāte sum= ma gratia. ¶ Ad istam questio nem dico q summū potest dici du pliciter. Uno modo positiue per excedētiam ad alia. Alio modo negatiue per non excedi ab aliq. Primo modo nō potest esse nisi vnū dictū per supabūdantiam. Scdo mō pñt esse multa talia si cut sunt generalissima: quorum quodlibet non habet gen⁹ superi⁹. Loquendo de primo modo dico q deus nō potuit conferre huic aie summā grām possibilē cū pos= sit creare equalē. potest eni aliā naturā assumere ⁊ equalē grāz sibi dare. Scdo modo dico q su mā gratiā creabilē potuit dare huic anime et de facto dedit vt videbitur sequenti questione.

Ad arg. ¶ Ad primū argumentum dico q quodcunq; gratificabile capax et in potentia obedientiali quā tecūq; gratie. q: respectu huius accidētis per accidēs nō habet vnde determinetur ad certum gradum: qñ igitur dicitur q na tura perfectior capax ē nobilio= ris pfectionis: dico q h̄ ppositio habeat aliquam probabilitatē in subiectis et accidentib⁹ natu ralibus que causantur ab eis. q: scdm perfectionem cause acti ue totalis est pfectio effect⁹ non tn̄ est vera in pfectionib⁹ supna turalibus q̄ diuina virtute infū duntur. ¶ Ad scdm dico q sum me gratie cum sit in termino nō potest addi nouus gradus pro pter. incōpossibilitatē. q: tūc nō esset summa. Non est tamen incō= ueniens aliquid alterius gener⁹ esse perfectius summa gratia q: totum genus substātie excedit totum gen⁹ qualitatis. Nec est inconueniens q minima substā tia in perfectione naturali exce= dat accidēs quodcūq;: licet ali quod accidens in pfectione sup naturali hoc est in coniūgendo obiecto btifico excedat substan tiā. tale enim accidens nō d: ex se perfectius: sed ex hoc q coniū gitur obiecto. ¶ Ad tertiū dico q summa gratia sit participatio necesse est q fm aliquē gradum determinatū capiat partem infi nite perfectionis. sib ētiā repu gnat infinitas: cū sit ex nichilo tū etiā q: in subiecto finito nō ē capacitas ad formā ifinitā. Qd aūt d: q forma recepta ampliat capacitatē recipientis negatur.

Secundo quero: an isti aie sit collata summa gratia possibilis pferri creature. ¶ Q: non: q: michael habet perfectio rem gratiā. Probo. Michael est capax pfectiōis gratie q̄ anima xpi: cū natura eius sit perfectior ergo habet pfectiorē grām. Proba¯ ɔña q: fm augu. 13. de trini tate. btūs ē q h̄abet quicqd vult hoc ē quicquid potest recte vel= le. potest autem recte velle hr̄e tantam gratiam q̄te est capax/ quia velle liberum ē rectum qñ conformatur voluntati natura li/ que semper est recta cum sit a deo. ¶ Preterea Aia xpi pōt per fecte quietari sine summa gratia: ergo non est ponenda in ea. ɔña

est nota. Probatur añs. quia nõ habet summam iclinatiõ ẽ ad ipsam: cum non habeat summã naturam ¶ Preterea. Sũma natura non est facta/ergo nec summa gratia. Cõsequentia patet/ qꝛ nõ videtur ratio quare deus magis fecerit summam gratiã ꝙ summam naturã. Probatur añs. qꝛ quacunqꝫ natura facta possibile ẽ aliã excellẽtiorẽ fieri cũ sit finita. ¶ Cõtra iohã prio. Uidimus gloriã ei⁹ gloriã quasi vnigeniti. sed gloria qualis decet vnigenitũ: est summa gloria possibilis dari ¶ Dico sicut dicit magister in lrã credendũ est deum tantã grãm cõtulisse illi aie ꝙtã potuit cõferre. Uñ sibi non est datus spũs ad mensurã: sm aug. Non enim fuit in eo solum plenitudo gratie ꝙtũ ad sufficiẽtiam sicut beatus stephanus dꝛ plenus gratia. Nec precise quãtũ ad prerogatiuam sicut fuit in beata virgie sed quãtũ ad supabundantiã ꝛ redũdantiã in mẽbra eius. De plenitudine eni ei⁹ oẽs accepimus. Jo. i. Unde ipa grã persone singularis qua illa aia efficiebaꝛ deiformis: dicitur grã capitis. qa sicut a capite in quo vigent oẽs sensus est influxus in cetera membra sic gratia illius aie meritorie redundat in oẽs fideles quib⁹ gratiã recõciliationis promeruit. ¶ Ad primũ argumentũ dico ꝙ beat⁹ nõ põt recte velle habere maiorem gratiã vel gloriã ꝙ deus ei cõtulit. Et qñ dꝛ ꝙ volũtas libera est recta qñ conformatur voluntati naturali. Dico ꝙ vltra hoc reqritur ꝙ consonet volũtati superiori scꝫ voluntati diuine qñqꝫ eni vult volũtatẽ liberã velle oppositũ appetitus naturalis. Unde vult appetitum naturalem esse ad oppositum mortis: quam tñ in aliquo casu non vult voluntatem liberã odire. ¶ Ad 2m dico ꝙ licꝫ aia xpi possit quietari p quãcunqꝫ gratiam: non tñ sũme ¶ Ad tertium dico ꝙ añs est dubiũ et contra augustinum tertio de libero arbitrio. Uidetur enim ꝙ deceat summam bõitatem ac liberalitatẽ se sũme cõicasse creaturis summam naturam cõdẽdo/summãqꝫ gratiã ꝛ gl'iaꝫ sine meritis dando/ sicut collata est aie xpi ab instanti sue creatiõis. ¶ Ad probationem antecedentis patet ex questione precedẽti Et notãdum (vt dicit scotus) ꝙ licet aia xpi possit hr̃e summam fruitionem possibilem formaliter a deo collatã. qꝛ cũ fruitio sit quoddã accidens absolutũ. possibile est creari a primo creante immediate sine actiõe volũtatis create nõ tñ elicitiue põt. qꝛ voluntas angeli cũ tanta grã põt elicere perfectiorẽ actũ cũ sit perfectior. Dicit etiã ꝙ deus de potentia absoluta põt causare fruitionem in quacũqꝫ aia sine gratia/etiã summã: cum possit supplere causalitatẽ cuiuscunqꝫ efficientis. gratia autem nõ se hꝫ respectu fruitionis in aliquo gñe cause nisi efficientis: vt patet discurrendo. Jsta tñ fruitio si tãtũ esset in voluntate vt in subiecto non esset laudabilis: qꝛ nõ i potestate volũtatis fruentis cũ nõ sit i potestate cause scḋe. vti prima. sed econuerso: ꝛ ideo tam in

Rño

Ad arg.

De glia aime xpi.

via ꝙ in patria ponitur aliqua forma creata vt voluntas possit vti ista forma in operando. ⁊ sit forma in ptāte eius: et sic laudabiliter operetur. Uñ nō ē possibile de potentia ordinata vt volũtas sũme fruat̃ sine sũma grã.

Dist. 14. Circa dist. 14. q̃ro vtrũ aia xp̃i videat in v̄bo oia que videt verbũ? Dicit magr̃. ꝙ sic. Ubi notandum ꝙ possumus loqui de noticia actuali vel hitua li. Loquendo de noticia actuali. dr a multis ꝙ aia xp̃i hꝫ noticiam oim exñtiũ: non tñ hꝫ noticiam actualem oim possibilium cũ illa sint infinita. aia aũt christi finita. Loquendo aũt de noticia hituali: aia xp̃i videt oia q̃ videt verbũ non quidē (scḋꝫ scotum) sic intelligendo ꝙ hēat in se aliquem habitum representatiuum infinitiorum. q2 ille eēt infinitus. et sic excederet capacitatem illius aie: sed quia sicut habens habitum pōt se sigillatim conuertere ad considerandum omnia ad que cōsideranda iclinat ille hitus/ sic aia xp̃i vidēdo verbum pōt sigillatim cognoscere omnia relucentia in verbo. ad quodcũq3 illorũ se ꝯuertat. ¶ Et si obijcias ꝙ ita potest quilibet beatus quodlibet videre in verbo. non tamē simul. Dico ꝙ verbum cuilibet alij beato est speculum representans determinata. vltra que non potest ille velle ordinate videre alia. Scḋm hoc pt exponi illa auctoritas ysid. Trinitas sibi soli nota est ⁊ hoi assũpto. Beata enim trinitas sibi soli nota est ꝙtum. s. est cognoscibilis. et sic sola trinitas comprehendit seipsam/ prout cōprehēdere est terminos rei claudere. Et hoc modo itelligit̃ illud euãgelij. deũ nemo vidit vnꝙ̃. Sumēdo vero cōprehendere pro cognitione clara ⁊ aperta: videtur trinitas a beatis. Soli autē homini assumpto est trinitas nota loquēdo de noticia possibili creature. Illa enim beata anima lipidissime cognoscit trinitatem inter ceteras creaturas. ¶ Cognoscit etiã aia xp̃i res creatas in genere proprio. Ipsi enim ab instanti creationis sue fuerunt a deo impresse nō solũ spēs quiditatum: sꝫ etiam singularium/ per quas cognoscit varias naturas in genere proprio et indiuidua cognitiōe abstractiua. Cũ eni (vt dictũ est i scḋo) singulare aliquid addat ad naturam: cognoscitur p aliã speciē. ¶ Licet quō aũt xp̃s cognoscat res ⁊ i verbo xp̃s et in genere proprio per species ipsarum. profecit tamē in cognitione. vt habetur. Luce. 2. Puer iesus proficiebat etate et sapientia coram deo et hominibus. qḋ intelligitur de cognitione intuitiua seu experimentali rerum in gñe ꝓprio/ que requirit exñtiam et pñtiã cognitorũ. Et sic dicit apostolꝰ ꝙ didicit ex his q̃ passꝰ est obedientiã. Profecit itaq3 ea que cognoscebat vno modo: cognoscēdo per aliũ modum. Ad aliqua ei obiecta aliqñ cōuertebatur sensus eius ⁊ etiam intellectus: que priꝰ nō erãt sibi pñ̃tia in actuali exñtia. ¶ Et notãdũ ꝙ lꝫ intellectus nr̃ non intelligat pro nũc simul nisi vnũ hoc tñ nō cōuenit sibi vt intellectus

de doloribus xpi.

sed ex aliquo cõcomitãte in nobis (secundum scotum) ex peccato adc. vt ait augustinus.

Circa distinctio. 15. q̃ro vtrum xp̃s passus fuerit ꝫm appetitum intellectiuum: aut solum ꝫm appetitũ sensitiuũ? ¶ Et videt̃ q̃ non / quia tristicia est ꝓprie passio appetitus. est eni de his q̃ nobis nolẽtibus acciduut scḋz Aug. ꝫ vt h̃ etur puer. 12. Nõ ꝯtristabit iustũ q̃cq̃d ei acciderit. ḡ xp̃s non fuit pass⁹ ꝫm appetitũ itellectiuum ¶ Itẽ nihil idẽ ꝛ ꝫm idẽ de eodẽ gaudet ꝛ tristatur. sed aia xp̃i secundum appetitum rõnis gaudebat de doloribus et passionibus quas corp⁹ perferebat: alio qui nõ mereret̃. ergo scḋm illum nõ patiebat̃. ¶ Itẽ abro. sup lucã. Doles dñe nõ tua ꝫ mea vulnera. ¶ Cõtra maior est vnio potentiaꝝ aie i ipsa aia: q̃ꝫ sit mẽbrorum corporis in ipso corpore. sed patiente vno membro / cõpatiuntur et cetera: ergo si patitur potentia sensitiua / patitur intellectiua. ¶ In ista questione primo aliqua premittam: secundo ad questionem respondebo.

dolor et tristicia differũt. Quantum ad primũ notãdum q̃ licet dolor proprie isit anime a carne ꝛ secundum partem sensitiuam / tristicia vero secundum partem intellectiuã / vñ aug. 14. de ciuitate. Dolor carnis tantũ mõ offensio est aie a carne. et q̃dam ab eius passione dissentio. sicut animi dolor q̃ tristicia nuncupatur / dissẽtio eius est ab his que nobis nolentibus accidũt / sepe tñ vnũ sumitur ꝓ reliquo.

¶ Sciẽdũ insuper q̃ superior portio rõnis sumitur dupliciť Vno mõ proprie ꝓut respicit sola eterna vt cum intellectus et voluntas feruntur in deũ. Aliomodo large: vt cũ volũtas vult aliq̃d referendo in deũ. ꝛ hoc mõ loq̃tur aug⁹. 12. de trini. ¶ Tertio sciendum q̃ꝫ voluntas põt sumi dupliciť. s. vt rõ seu vt libera: in q̃ꝫtum. s. vult aliquid ꝫm dictamen recte rationis. Alio modo vt natura: ꝛ hoc dupliciter ꝫm scotũ / Unomodo vt naturaliter inclinata ad propria obiecta vt est vite conseruatio. et sic pertinet ad superiorem portionem rõnis. q꞉ talis inclinatio nõ est ad aliquid nisi inq̃ꝫtum est vlterior inclinatio ad eternum / sicut materia non inclinatur ad dispositionem: nisi q꞉ vlterius ad formam perfectã. Aliomõ vt naturaliter icliata ad obiecta appetitus sensitiui. ratione coniũctionis quam hꝫ ad ipsum: ꝛ sic ꝑtinet ad inferiorem portionem.

¶ Quãtũ ad ꝫm dico q̃ xp̃s nõ tm̃ fuit passus q̃ꝫtum ad appetitum sensitiuum (in q̃ fuit maximus dolor. q꞉ cũ esset optie complexionatus: sensus tactus ipsius erat maxime pceptiu⁹ obiecti disconuenientis) sed etiam q̃ꝫtum ad appetitũ intellectiuũ. Licet eni voluntas ei⁹ vt libera non pateretur inq̃ꝫtũ immediate ferebatur in deum: q꞉ sic fruebatur deo. Nec etiã inq̃ꝫtum volebat pati pro salute gñis humani istam passionẽ libere acceptãdo. Patiebatur tamẽ et tristabatur inq̃ꝫtũ ip sa passio cõditionaliter nolita: videlicet si alter di

Portio superior. volũtas dr dupl'r. ꝯclusio rñsiua.

assumum beneplacitum posset adimpleri. seu q2 nolebat hoies eē i tali statu a quo per eius mortē expiēdi essent. sicut fortis politicus nolet ciuitatē suā talē necessitatē incurrisse: a qua eam liberari oporteret per mortē eius. Tristabatur etiam de dubietate discipulorum. ⁊ pctō seu crudelitate crucifigentiū: quod eēt offēsiuū diuine maiestatis. ⁊ sic erat passio in volūtate vt libera: etiam quantum ad superiorem portionem large sumptam. Voluntas etiā vt natura patiebatur scdm vtrāq3 portionē. scilz tam ratione iclinationis naturalis ad appetitum sensitiuum: q3 ratione iclinationis ad vite conseruationem. quia per huiusmodi passionē ille homo priuabatur. Et sic veraciter poterat christus dicere illud psal. Repleta est malis anima mea .i. tristiciis siue penis. q2 aia eius quantum ad voluntatem scdm vtrāq3 portionem tristabat. et quātū ad intellectū secundum vtramq3 portionem apprehendebat obiectum discōueniens naturaliter et conditionaliter voluntati. Et igitur gratias (vt possumus ⁊ supra q3 possumus) referamus: si quomodo donetur nobis vt tam grauiter patienti cōpatiamur. Ad primū argumentum dico q2 illa auctoritas sapiētis non itelligitur de illa tristicia. qua quis tristatur compatiendo aliis. vel refugiendo aliquod malum sibi illatum sed intelligitur de tristicia que statum mentis euertit: ⁊ contra iudicium rationis rectum: talis tristicia non fuit in christo. Unde iohannis. xi. dicitur q2 infremuit spiritu ⁊ turbauit semet ipsum. In quo innuitur q2 eius turbatio ⁊ tristicia rōni nō preerat sed subiacebat. Ad secūdū dico q2 nichil impedit qui anima gaudeat de aliquo vt ratio: et cōtristetur vt natura. pro eo q2 aliquid potest repugnare voluntati secundū appetitū naturalē: et ei consonare scdm appetitum deliberatiuū. frequēter ei volūtate liberi arbitrii refugimus q̄ natura appetit. et appetimus que natura refugit. Et hoc modo potest exponi auctoritas ābrosii. quia scilicet christus secundū appetitum intellectiuum nō dolebat de sua morte. inq̄tū scilicet ipsam pro salute humani generis libere acceptabat: sed dolebat de nostris peccatis naturam nostrā vulnerantibus. Secūdum hoc possunt intelligi verba hylarii dicentis q2 si christus passus fuerit: non tamē vere doluit. scilicet quantum ad appetitum intellectiuum acceptantem libere huiusmodi passionem. Inquantū enim ipsam acceptabat: non dolebat sed gaudebat. Sic etiā itelligitur illud quod dicit. Uirtus coporis sine sensu pene. vim pene in se deseruientis excipit. Uirtus corporis dicitur voluntas rationalis regitiua illius corporis. que accepit vim pene sine sensu pene: hoc est sine dissensu a pena. quia libere passionem acceptauit. Ut enim dicit idem hylarius. Intelligentia dictorū ex causis est assumenda dicendi Ipse autem loquebatur contra

hereticos. qui dicebāt christum secundum se totum passum fuisse et oino passioni succubuisse.

Circa disti.16. quero vtrum christus habuit necessitatem moriendi? Q; nō. ar. p illud quod habetur ioh.10. potestatē habeo ponēdi aiam meā. rc. ¶ Item si preseruare corpus a passione nō fuit in potestate anime christi: igitur passio non fuit voluntaria. nec per ↄñs meritoria. ¶ In oppositū ar. quia corpus xpi fuit ↄpositū contrariis r p corruptibile igit. ¶ hic dicit scotus q in corpore christi non fuit necessitas moriendi ex peccato demeritorie. cum nullū habuit pctm: imo fuit speciale miraculum q corp⁹ illud fuit mortale. Miraculose em̄ fiebat q gl'ia aie nō redūdaret in corp⁹. facto autē illo miraclo fuit necessitas q partes corporis fluerēt p sudorē r alias ↄsumptiones: quia actiuo r passiuo naturali approximatis / necesse est sequi cōsumptionē si alter habeat dñiū: sed in corpore xpi fuit calidū et humidū et aliqđ dñium vnius sup aliđ / q calidū cōsumit humidū et sic fuit necessitas fluxus partiū r corruptiōis. quare habuit necessitatē moriēdi. licet ei fieret restauratio deperditi p sūptionē alimēti. nō tn̄ ita pfecta q corpus semp maneret. r hoc pter īpuritatē nr̄i alimēti. Ex puriori em̄ alimēto r meliori gñatur melior sanguis / r ex sāguine puriori subtilior caro r permanētior. Uñ ex alimēto corrupto r ipuro gñatur caro valde fluida. quapropter ex pte alimēti nō fuisset ita pfecta restauratio sicut depditio: licet sciret sumere i debita ↄtitate. ¶ Sz posito q habuisset esū ligni vite. fuisset ne corp⁹ eius icorruptibile? Dicit scotus q nō sed habuisset causam intrisecā moriēdi. q ois virtus materialis relicta sibi et nō pseruata p aliqđ donū collatū / i agēdo i aliđ materiale repatit et debilitat. vt pz de virtute nutritia in nobis: que ex longa actione in alimentum et ex cōuersione diutina tādē debilitat vt nō possit amplius restaurare. debilitas igitur virtutis r impuritas alimenti fuissent causa sue mortis naturalis. ¶ Sz hic dubitatur quomō poterat esse flux⁹ partiū corporis: cuz dicat dam. Quod semel assumpsit nunq̄ dimisit. Quō etiā poterat fieri vnio. noue partis ad verbū? Rño q verbum dam. intelligitur de partibus principalib⁹: vt cor / caput / man⁹ / r hmōi. Pars quoq agenerata per nutritionem: vniebatur verbo nō miraculo nouo sed antiquo quo totū corpus sibi fuit vnitū. ¶ Ad primū principale dico q illa auct. intelligit de psona xpi. In ptāte eni persone xpi erat aiam suā ponere effectiue. hoc etiā erat i ptāte ipi⁹ aie: cōplacēdo r acceptādo passionē. ¶ Ad aliud dico q voluntas pōt habere actū meritoriuz circa aliqđ obiectū q nō ē i potestate sua. sicut pōt amare deū amore amicitie volēdo sibi bonū puta volendo ipsū esse iustū sapiētē rc. et tn̄ velit nolit: deus iustus et sapiens est. sic potuit

Margin notes: di 16 · Rño · dubium. · dub. · Rño · Ad arg.

volūtas aie xp̄i mereri illā passionē acceptādo. Siquidē illi sacratissime aie in primo instanti sue creationis placuit vniri corpori passibili ꝑpt redēptionē generis hūani. vt dr̄ bona. ¶ Unde xp̄s volūtate diuia. ꝑueniēte et volūtate creata cōcomitante assumpsit nostros defectus non quidē viciosos sed penales. Sūt aūt defectus penales duplices quidam sunt personales qui respiciūt aliquas ꝑsonas specialr̄ sicut sūt diuerse egritudinū species. quarū multe ortum habēt ex cōplexione hois: et hos non assūpsit. Alij defectus sūt naturales qui respiciunt totā naturam humanā vniuersaliter vt fames. sitis mors. dolor et cōsimiles: et hos assumpsit. Alij iducti ui ad pctm̄ sūt vt habere pronitatem ad pctm̄ ⁊ ignorantiam ⁊ hos xp̄s non assumpsit. quia cōtrariantur plenitudini sciētie et gratie que fuerunt in aia ei⁹ ab instanti conceptionis sue.

Defectus triplices.

Circa distinctionē. 17 queritur vtrū in xp̄o fuerūt due volūtates Ad istā q̄onem r̄ndet dam̄. in s̄niꝭ suis. ꝙ sicut scd̄m fidē firmiter tenendū est in xp̄o esse duas naturas ⁊ vnā ypostasim: ita oportet concedere sicut ꝯñs et isto ꝙ in ipso sint naturales proprietates et potētie vtriusqꝫ nature. sed potentie perfectissime rōnalis nature sūt intellectus et voluntas. quare in ip̄o sunt non solum intellectus ⁊ voluntas increati. sed etiā intellectus creatus et voluntas creata. Non tm̄ etiā est in ip̄o voluntas proprie sumpta ꝑ appetitu itellectiuo qui est liber: sed etiā large sumpta pro appetitu sensitiuo. ¶ De illa intelligit verbū saluatoris dicentis: nō mea voluntas sed tua fiat. sumitur ibi volūtas pro appetitu sensitiuo et nō pro itellectiuo. q2 scd̄m appetitū itellectiuū volebat mori ¶ De illo appetitu sensitiuo dr̄ scotus. ꝙ in ipso sicut in nobis fuerunt tot appetitus distincti quot sunt potentie apprehēsiue q2 sicut alia est apprehēsio gustus et visus. alia tactus et odoratus: ita est alia propria inclinatio et alia delectatio propria ꝯñs hāc apprehensionē et illam siquidē sēs⁹ ē apprehēdere obiectū: appetit⁹ aūt sēsitiui ē inclinari: et post apprehensionē delectari. Cōmuniter tñ loquimur d̄ appetitu sēsitiuo sicut d̄ vno. et iste ēē sequit virtutē ymaginatiuā. Sicut eni illa virtus ymaginatiua ymaginatur obiecta oiꝫ sensuum: ⁊ in presentia illorū et in absentia: sic suo appetitu i illis si sint conuenientia: vel dolet de illis si sint disconuenientia. Hoc tñ non obstante sicut ponim⁹ apprehēsiuas particulares distictas: sic oportet ponere appetitus particulares distictos. ¶ Sed quid de volūtate naturali et libera: sūt ne due potentie? ¶ Dico ꝙ nō voiūtas ei naturalis nō ē potētia sꝫ iclinatio vl̄ tēdentia volūtatis. qua tendit in suā perfectionē. vnde sp̄ ē ad cōmodum: talis eni iclinatio est q̄dam relatio cōsequēs potētiam respectu proprie ꝑfectionis sicut lapis naturaliter inclinatur ad

d. 17

Dubium.

centrū & est idē realiter cū potē-tia. lʒ ab ea formal'r distinguat.

q.2. SEcūdo quero vtrum illa orō qua xp̄s orauit i sua passione vt calix transferretur a se fuerit a ratione an a sensualitate? Ad hoc dicit bonauētura q̄ fuit sensualitatis vt mouētis cuius desideriū erat ad nō moriendum: fuit autem rationis vt proponētis p̄o sensualitate: cuius ratio fuit aduocatus eiꝰ desiderium proponendo. seruata tamē forma iuris. Dictat enim ius diuinū q̄ omnis appetitus deo debet esse subiectus. ¶ Sed

Qō. tūc queritur: cū ratio sciret sensualitatem nō exaudiendā: quō

Rn̄o hāc ꝓposuit petitionē? Dicēdū q̄ huius ratio fuit triplex. Prima ad manifestationem humane nature assūpte q̄ naturaliter refutabat passionē/ & in hoc erudiuit nostrā fidē. Secūda vero ad cōfirmandā nr̄am imbecillitatē: vt nō diffidamus si passionū pericula exhorremus & i hoc erexit spem nr̄am. Tertia vt ostēderet voluntatē nostram diuine volūtati esse p̄ oīa subiciēdā. qđ ostendit in cōditione apposita: nō sicut ego volo sed sicut tu. et in hoc ordinauit i nobis caritatē qua affectū nr̄m diuine volūtati cōformare debemꝰ. Uñ magis orauit pro nobis in illa oratione q̄ʒ oraret pro se. ¶ Et notādū q̄ licet xp̄s exauditꝰ fuerit in omni petitiōe sua qua petiȷt aliquid volūtate rōnis seu voluntate absoluta Juxta illđ. Jo. 11. ego aūt sciebā q̄m semp̄ me audis. nō tñ fuit exauditus i oī eo quod petiȷt volūtate sensualitatis. q: nō petebat vt exaudiret sʒ vt erudiremur: vt pʒ ex p̄dictis.

d.18 CIrca distictionē. 18. Quero vtrum christus meruit in primo instanti? Q; non. quia si sic ergo angelus potuit peccare in primo instanti. consequens est falsum. quia tunc peccatum angeli redūdaret in deū: q: oīe coeuū effectui est ab ipsa causa effectꝰ causaliter. sicut effectus ipse. Probat̄ ꝯn̄a. q: scđm phm̄. 4. phisicoꝝ eadē est mēsura oppositorū. & sic meritū & demeritū eadē mēsura mēsurat̄. ¶ Cōtra ad actū meritoriū sufficit potentia q̄ pōt mereri & dispositio gratuita in potentia & p̄sētia obiecti & versus potētie circa illud. Ista fuerūt in primo instanti in xp̄o cum in ip̄o fuerit plenitudo gratie & glorie in primo instanti sue creatiōis. ¶ In ista questione primo aliqua premittā: deinde ad q̄stionē respōdebo. Quā-

Meritū est. tū ad primū sciendū q̄ meritum est aliquid acceptum in aliquo p̄ quo ab acceptāte est sibi aliquid retribuendū vel alteri pro quo meruit. Consistit aūt radix omnis meriti maxime i affectione iusticie: puta volēdo deo bonū vt esse & bn̄ esse scʒ iustū sapiētē. &c. & volēdo sibi & p̄ximo deū secūdū ordinē iusticie seu cū debitis circūstantiȷs. ¶ Itē notandū q̄ lʒ xp̄s nō potuerit peccare rōne plenitudinis gratie sibi in instāti creationis collate potuit tamen mereri: q: secūdū aliquid fuit in statu viatoris. lʒ aīa eius ab instanti creationis frueretur dia essentia. Uñ lʒ fuerit in termino q̄ʒtū ad ipeccabilitatē. tñ

Jrca distinctionem.x. Queritur vtrū possi bile sit corp⁹ christi sub speciebus panis et vini realiter contine ri? ¶ Q; non. q2 corpus xpi sub illa specie vel est quantum vel non q̄tū. Non potest esse ibi nō q̄tum quia cum sit q̄tum i celo simul esset q̄tū et non q̄tū. Nec potest ibi esse q̄tum: quia tunc esset ibi modo q̄titatiuo: cū mo dus q̄titatiuus sit ꝓpria passio q̄ti. sed illud est falsū: quia isto modo maius nō potest esse cum minori. ¶ Preterea. Aut in eu charistia eēt pars corporis chri sti extra partē an nō. Si sic non esset omnes partes simul sub ea dem parte hostie. Uniuersaliter enim cuius partes sunt extra se inuicem si est simul cum alio q̄ to pars videtur esse cum parte et totum cum toto. Si autē non sit ibi pars extra partem igitur non est ibi q̄tum. ¶ In opposi tum. Mathei.26. Hoc est corp⁹ meū ¶ Et iohānis.6. Caro mea vere est cibus. ¶ Hic sunt duo vi denda. Primo quid circa hoc ē credendum: secundo qualiter ē possibile. De primo dico q̄ cor pus christi ibi esse realiter est de substantia fidei. vt patz. Math. 26. et Lu.22 Et si isti velint ista exponere q̄ sint figuratiue di cta sicut illud quod ait christ⁹. Ego sum vitis vera. istud est oi no contra intentionem saluato ris. ¶ Uniuersaliter enim intelle ctus verborū christi potest ex se quentib⁹ et ex precedentib⁹ ha beri. et ex aliis locis scripture. vt pz p augustinū. 83. que. q.69. Unde cū xp̄s ait. ¶ Ego sū vitis vera: subiungit et vos palmites Constat enim q̄ discipuli non e rant palmites naturales s3 tan tum figuraliter. Sed cum dicit luce.22. hoc est corpus meum: subdit statim/ quod ꝓ vobis tra detur. Cum etiam dixisset. hic est calix sanguinis mei: subdit qui pro multis effundetur. hoc etiam manifeste patet ex alio lo co scripture. Jo.6. ¶ Et si dicas q̄ vidēs christus aliquos abūs se ratione sue predicationis de eucharistia: postea exponit se di cens. Spiritus est qui viuificat Caro autē non prodest quicq̄. Uerba que locut⁹ sum vobis spi ritus et vita sunt. quod pertra ctans augustinus de cōsecratio ne distinctione.2. primo heresis ait. Non hoc corpus quod vide tis manducaturi estis. nec bibi turi illum sanguinem quē effu suri sunt qui me crucifigent/ sa cramentum vobis aliquod com mendaui: spiritualiter intelle ctum viuificabit vos. ergo ex ver bis christi et augustini videtur q̄ non intellexit de corpore suo nisi figuratiue. ¶ Respōdet ma gister i littera q̄ nec christ⁹ nec augustinus vult negare verita tem corporis christi in sacramē to. sed q̄ non est ibi visibiliter et in propria forma sicut intellexe runt illi qui habierūt retrorsum

sz est ibi inuisibiliter. et hoc est qd ibi dicit augustinus. Ipsu quide et no ipsu corpus qd videbatur manducabatur ipsu inuisibiliter et non visibiliter. ¶ De scdo quattuor sut videnda. primu quo incipiat ibi esse corpus xpi et tn sine mutatione locali. qr non deserit proprium vbi i celo. Scdo quomodo possit esse quantum sine modo quantitatiuo. Tertio quomodo possit ee maius quantum simul cum minori quanto in loco equali. Et quarto quomodo illud quantu sit simul realiter i diuersis locis

Articu.2.

¶ Quantum ad primum dicit scotus q corpus christi icipit esse sub speciebus sine mutatione locali proprie dicta. quia illud quod proprie mouetur localiter deserit primum vbi et acquirit nouum vbi circunscriptiue. Corpus autem christi licet acquirat nouam presentiam ad species: non tamen est ibi localiter sicut nec angelus dicitur esse localiter in loco: lz sit de nouo pns alicui corpori. Corpus etiam christi non deserit vbi quod habet i celo pter huiusmoi presentiam ad species. Unde augustinus de consecratione disti.2. Donec finiatur seculum sursum e dominus et sic dicitur proprie mutari. Large tamen posset dici mutari inqtum acquirit nouum respectu presentie ad species: qui est respectus extrinsecus adueniens. quia no necessario sequitur extrema posita in actu. ¶ Quantum ad scdm dicit idem q positio que est differentia qtitatis que scilicet dicit ordine partiuz in toto. necio inest quanto continuo pmanenti. et istam oportet saluari i pposito. Non eni est intelligibile aliquod ee qtu dimensionatum: quin sit significare in toto ordinem huius partis ad illam scdm quatitate iterjacente. Sed positio q dicit coextesionem partiu locati ad locu ita q partes eius coextendant partibus loci et in proposito dicitur modus quatitatiuus non necessario inest quatitati cum sit accidens p accidens. Est eni respectus extrinsecus adueniens partiu quanti ad partes alterius quati. Et ideo istam habitudine bene possibile est deum separare qto manente. seruando scz quantum et coexistetiam eius ad aliud qtu sine ista coextentione partium vnius ad partes alterius / sicut sine cotradictione potest seruare superficiem sine colore / vel albedine sine similitudine lz non sine aptitudine ad ipsa. Potest namq intelligi coexistetia alicuius ipsi toti absq hoc q intelligatur coextensio partium partibus. et sic erit respectus ptie ad locum sine tali positioe. ¶ Et si qras qd sit qtitatem seruari absq positione extrinseca. ¶ Dico q nihil aliud est q absolutu seruari sine respectu extrinseco aduenienti. Sic enim existentia seruari sine ista positioe no est aliud q vna extrinsecam relationem conseruari sine alia extrinseca relationem: sicut vbi totius ad totum sine positione siue respectu partium ad partes. ¶ Et si obijcitur q qtitas non potest poni sine respectu isto quem dicit modus qtitatiuus: quia no potest esse q

tum cū alio q̄to quin illi cōmensuret. ¶ Dico q̄ verū est loquēdo de cōmensuratione secūdum equalitatem vel inequalitatem que dicunt respectum intrinsecus aduenientem. vt in proposito corpus xp̄i est maius hostia. sed non de cōmensuratione que dicitur coextensio que importat simultatem partis cū parte et est respectus extrinsec9 aduenies q̄ non necio consequitur extrema Non est igit in hoc sacramento positio que dicit ordinē partium locari ad locū. s3 totū corp9 xp̄i est in q̄libet pte hostie. ¶ Ex p̄dictis p3 tertiū. s. quō maius q̄tū pōt simul eē cū minori q̄to q2 nō ē ibi localr seu dimēsiue. Sicut ei deus pōt facere actiuū et passiuum sine actiōe. vt patet de tribus pueris in fornace exn̄tibus sic potest facere corp9 et locum sine vbi proprie sumpto siue locali vel dimensiuo. et sic maius q̄tum cū minori q̄to pōt quoq facere q̄titatē sine suo effectu q̄ est loci repletio: sicut calorem sine calefactione. Un̄ licet xp̄s in sacramento sit cum sua q̄titate non tn̄ vtitur ea occupādo locū sicut nō vtitur sua claritate non illuminando aerē. ¶ Quantum ad quartū dicit scot9. cum deo sit possibile oē quod nō includit cōtradictionē: potest facere idē corpus i pluribus locis non tm̄ p̄saliter sicut est corpus xp̄i in sacramēto/ s3 etiā localiter. Q8 sic declaratur. Cū ei dico corp9 esse in loco localr: nichil dico supra corpus nisi respectū quēdā extrinsec9 aduenientem fundatū in q̄to ad aliō q̄tū circūscribēs

Respectū aūt talē plurificari super idē fundamētū ad diuersos termios oino nō apparet cōtra aliq̄d notū scdm rōem. q2 illi respectu de q̄bus minus videt puta respectus itrinsecus aduenietes possunt plurificari sup idem fundamētū ad diuersos t'mios sicut sup eandā albedinē possūt fūdari plures similitudines. vn̄ sequētes rationem nō debēt inniti ymaginationi q̄ nō separat locū a corpore. nec corpus a loco. nec pcipit vnū plificari sine alio. q2 cum ymaginatio innitatur sensibus: nichil aliō apphēdit. quare ex hoc non est dicēdū ipossibile vnū sine alio plurificari. Nulla eñ videt necessitas q̄ plurificato posteriori plurificet ipsum prius. Ipsa aūt vbi sunt manifeste posteriora ipō q̄to locato et sibi cōtingenter aduenietia. Unde hugo li. 2. de sacramētis. Nō est mirū si mirabilis mirabilia opatur. q̄ eñ locū fecit et locum in corpore. et corpus in loco. et qui fecit vt corpus vnum i vno loco eēt fecit sicut voluit et si voluisset alit facere potuisset. Nam et q̄n vult alit facit. ¶ Ex predictis p3 ad q̄stionē. via eni virtutis q̄ de nichilo mūdū creauit hoc sacrm̄ istituere potuit et de facto istituit: in quo manifestat ei9 ieffabilis caritas seips nobis tā mirabiliter cōicando. hoc aūt incredibile nō erit si factor oп̄s cogitat cui nō erit impossibile q8 sibi placuerit ¶ Predictis aūt itellectus fidelis luie fidei adiutus firmiter assentit: ac ratiocinando cōcordat. dicit ei intellectus q̄ ꝑitas nō pōt di-

cere falsū. et fides assumit. Ueritas dicit. Hoc ē corpus meū: et p̄cepit vt diceretur. ergo hoc est indubitāter tenēdum. lz aūt eiusdē sit potentie mūdū de nichilo creare et panē in corpus xp̄i cōuertere. qz diā potētia est in se vna et idiuisa. Magis tn̄ declaratur ex creatione q̄ trāsubstantiatione: qz terius a quo creatiōis est Nichil. Disputam⁹ tn̄ q̄q̄ de hoc sacramento et aliis q̄ sunt fidei non ad fidem generandam que innititur prime veritati. sed ad ipsam nutriendam. ne propter ignorātiā aliquis cōcedat repugnās fidei. vel neget cōueniens ad fidem: sicq̄ ipsa cognita errores caueamus et cauendo i veritate persistamus.

§.9. ¶ Rationes quoq̄ que inducūtur a sanctis ad probandum ea que sūt fidei sunt persuasiones quedā manifestātes nō esse ipossibile. quod i fide proponitur.

§.10 ¶ Et nota dū q̄ cū absolutum nō declinat eē i aliquo aduenıēte sibi nouo respectu extrinseco. quia prius nō variatur ad variationē posterioris: eedem partes et eadem q̄titas aliaq̄ absoluta q̄ insunt corpori xp̄i exn̄ti in celo: insunt eedem in sacramēto. ¶ Ubi sciendum q̄ inesse aliquid xp̄o potest intelligi dupl'r. s. primo vel concomitanter. Aliquid dr̄ i proposito iesse christo primo vt hic qd̄ sibi iesset si nusq̄ alibi esset. Cōcōitanter autē dr̄ sibi inesse hic. quia primo sibi inest vt alibi. et ex hoc sibi inest propter idētitatem subiecti et forme. Ois igitur operatio vl' forma absoluta que est in xp̄o primo vt in celo, inest sibi concomitanter vt hic. qz propter presentiam nouam ad species que est respectus extrīsecus adueniens/ nō desinit sibi iesse aliquod absolutū. Et sic qz christ⁹ in celo exn̄s videt petrū visione sensitiuā, ideo exn̄s in sacramento videt ipsum concomitanter. Nulla tn̄ sensatio inest sibi primo vt in sacramento: qz organū sensus ad hoc q̄ immutetur vel patiatur a corpore oportet q̄ sit localiter i loco seu modo q̄titatiuo. et sic in sacramento non videt visione sensitiua vel recipit a corpore calorem vel frig⁹ aut dolorem primo: sed tm̄ concomitanter. s. si talia sibi insint exn̄ti sub modo suo naturali. Operatio tamen spiritualis/ puta itellectus et voluntatis pōt primo inesse xp̄o in eucharistia. qz aīa xp̄i beata itelligit sicut angelus quo ad hoc q̄ nō dependet a sēsibus in intelligēdo. et sic potest vt hic itui tiue itelligere ea que sunt sibi p̄ntia. puta aīam sacerdotis vel angelum hic presentē. De hac materia nota ea que dicta sunt. 4. phisicorum. 4. cap.

¶ Licet etiam xp̄s totus contineatur sub vtraq̄ specie: aliter tn̄ continetur sub specie panis et aliter sub specie vini. Ex vi eīn sacramenti continetur corpus christi sub specie panis tāq̄ ei⁹ proprium signatum. Sanguis vero/ anima et deitas continentur ibi concomitanter. quia corpus christi non est sine sanguine anima et deitate. Sub specie autem vini continetur sanguis ex vi sacramenti vt eius proprium signatum. corpus vero ani §.11

ma et deitas per concomitanti=am. Et sic panis conuertitur in corpus christi / et vinum in san=guinem. ¶ Ex predictis patet q̄

§. 12. si i triduo fuisset eucharistia cō=secrata: cum anima esset a cor=pore separata nō fuisset sub spe=cie panis. nec etiam sub illa spe=cie fuisset i triduo sanguis / cum fuerit in morte a corpore separa=tus. vt ponit Nicholaus de ly=ra. prime ad corinthios.xi. fuis=

Ad arg. set tamen ibi deitas. ¶ Ad pri=mum dico q̄ modus q̄titatiuus nō est passio quāti sicut risibile hois. sed respectus extrinsecus adueniens partiū quāti ad par=tes alterius quanti. ¶ Ad scdm dico q̄ pars est extra partē ꝑut extra respicit partes corporis et sic pertinet ad positionem que ē differētia quātitatis dicens or=dinem partium in toto. sed pro=ut extra ꝑtinet ad locū sic pars non est extra partem / hoc est ex=tra locum in quo est alia pars. Sed vt dicit hylarius vbi est ꝑs corporis christi ibi est totū cor=pus christi et sic totum corpus christi est in qualibet parte ho=

§.13 stie. ¶ Notandum secūdum sco=tum licet quidam aliter dicant q̄ intellectus creatus a corpore separatus siue angelic⁹ siue hu=man⁹ potest naturaliter cogno=scere noticia intuitiua corpus christi vt existens in eucharistia cum totum ens creatum sit ob=iectum proportionatum tali in=tellectui vt dictum est. distin.3. primi. Idem etiam potest intel=lectus coniūctus corpori glorio=so: cum tale corpus non ipediat ipsum a sua operatione. ¶ Et si arguas q̄ tunc mali angeli hoc possent cum in eis remanserint naturalia integra. secūdum dio=nisium quarto de diuinis nomi=

§. 14. nibus. Respondet scotus q̄ quilibet malus angelus si absolute permittatur vti potētia sua na=turali: posset itelligere quodcū=q̄ intelligibile creatum. ⁊ per cō=sequens posset intelligere cogi=tationes cordiū et mysteria gra=tie ex quo posita sunt in effectu. sed multa possunt ex natura sua que non permittuntur eis cuius=modi est videre secreta cordium sic etiam non sunt permissi co=gnoscere integritatem marie: vt non impediretur redēptio nr̄a si em cognouissēt: nunq̄ dn̄m glo=rie crucifixissent hoc ē nunq̄ me=redimi ei⁹ morte ꝑcurassēt. Pos=sunt igit videre corp⁹ xpi in sa=cramēto si ꝑmittat: alias non.

Circa distinctionē xi. q̄ panis trans=substantiat in cor=pus xp̄i ⁊ vinū i sā=guinē extra de sū=ma trinitate. Fir=

di.xi qō.1.

miter credimus. Uidēdū est de materia cōueniēte isti ꝯuersioni ¶ Et primo de materia ꝯuersio=nis in corpus. 2°. de materia cō=uersionis in sanguinē. ¶ Quan=

§.1. tum ad primū dico q̄ panis tri=ticeus aqua elementari coagu=latus est conueniēs materia cō=uersionis i corpus christi. vt pa=tet de cōse. di.2. Cuius ratio est q̄ xp̄s sic instituit. Unī ioh.13. se grano frumenti cōparat dicens Nisi granū frumenti. ⁊c. Cōgru=entia institutionis est: q̄ cū hoc sacramentū sit signū nutrimēti

cont. modus existendi corporis xi est supernaturalis ... a solo intellectu supernaturali qualis est diuinus cognoscitur

ti spūalis: cōgrue istituitur i pane triticeo qui est pncipale nutrimentū corporis. Non sufficit aūt ad hoc pasta cū nō sit cibus vsualis nec conueniens nutrimentū. ¶ Et notandum s̄m pe. al. et thomam q̄ si fiat tanta permixtio granoꝝ alterius seminis cum frumēto q̄ trahatur i aliā spēm vt qn̄ appositū ē pdn̄ans vel etiam ad speciem mediā vt qn̄ equalis est virtus in vtroq̄ mixtibiliū: tunc non potest inde confici. q̄ mutata est species panis triticei. secus est si nō sit tanta additio quin maneat species tunc eni potest confici. ¶ Notādum etiā q̄ licet facta cōuersione panis in corpus christi nichil substātie panis remaneat. quia trāssubstantiatio est totalis trāsitus substantie in substantiam non tamen dr̄ panis anichilari q̄ aliud sibi succedit vt termin⁹ s. corp⁹ christi. ¶ Sed hic occurrit dubium an debeat esse panis azim⁹ vel fermētatus. ¶ Rndeo q̄ de necessitate panis consecrabilis nō est nec q̄ sit azimus nec q̄ sit fermentatus: q̄ non differunt specie. secūdum anselmum in libello suo de azimo. Un̄ tempore leonis pape fuit istitutū q̄ conficeretur in fermēto propter heresim ebionitarum extinguēdam dicētiū q̄ necesse erat xp̄ianis iudaizare. et per ɔn̄s pascha suū in azimo cōficere/ qua extincta redijt eccl'ia occidentalis ad primā cōsuetudinem a xp̄o vicario traditā. De necessitate tamē ministri in ecclesia latina est hodie ɔficere i azimo. Et forte etiā grauiter peccant greci non conformantes se ecclesie petri. maxime cum christus in azimo confecerit. vt habetur expresse per illud Math. 26. Prima autem die azimorum accesserunt discipuli ad iesum dicentes. vbi vis paremus. &c. Siquidē illa hora qua debuit secundum legem comedi agnus paschalis. comederunt discipuli verum agnum. s. 14. die mensis primi apud iudeos. siue lunationis eiusdē. q̄ iudei faciebant menses secundū lunationes. In die autem. 15. erat sollennitas. i. prim⁹ dies integer solennitatis pasche et in illo die passus est christus. ¶ Notandum aūt ad declarationem quarūdā auctoritatum euangelij quas greci male intelligunt q̄ pascha quinq̄ modis sumitur secundum innocentium de officio misse. Uno modo pro solēnitate diei azimorum que erat luna. 15. et sic sumitur. Joannis. 13. Ante diem festum pasche: secūdo modo pro. 14. die in cui⁹ vespere comedebatur agnus. Tertio modo pro hora immolationis agni. Quarto pro ip̄o agno. Quinto pro panibus azimis. ¶ Ex p̄dictis potest assignari quedam ratio mobilitatis pasche et aliarū solēnitatū illā cōcomitātiū q̄ enim immolatio agni paschalis que erat figura immolationis veri agni qui tollit peccata mundi fiebat. 14. die lunationis illius mēsis q̄ quidē lunationes quolibet anno variant: hinc est q̄ etiam solennitates correspōdētes apud xp̄ianos diuersimode transmutantur. p̄ hoc etiam declarat quomodo eadē die

nota seq̄n tia.

xps fuit annunciatus et pass9. qr scz annunciatio dni fuit illo anno.15. die lunationis illius mensis. ¶ Celebratur aut septuagesima in memoriam.70. annoru quibus fuit populus israel i captiuitate babilonica. Siquidez numerus septuagenarius consurgit ex ductu septenarij i denarium: omneqz tps septem diebus coprehenditur. vt ait gregorius. A.70. quoqz vsqz ad octa. resurrectionis: sut.70. dies per quod moraliter designatur qp si velimus eternam vitam consequi q per octaua die designat: oportz nos in hac vita qua sumus exules a hierusale celesti obseruare dece madata diuine legis. ¶ Tuc quoqz dimittitur alleluya qui e cantus leticie: ad designandum vita psitem esse tempus luctus dimittimus vero partim gloria patri in principio passionis et totaliter in triduo propter ignominia passionis xpi. ¶ Uelatio vero ymaginum significat absconsionem discipulorum: extinctio vero candelarum vna dempta significat fidem perfecta in sola virgine remansisse hinc est qp in die sabbati sibi specialis reuerentia exhibetur in missarum eiusdem virgine purissime celebratione: et populi ad ipsa speciali deuotione. ¶ Altarium denudatio significat xpi denudatione q est lapis a iudeis reprobat9. Ipsorum lotio significat exitum sanguinis et aque a xpi latere ¶ Campanaruz non pulsatio significat cessationem predicationis discipulorum xpi. Tollitur aute principiu et finis horaru qr ablatus est a nobis dns iesus xps q est principiu et finis. ¶ In cena quoqz et in parasceue pacis osculu no datur in detestatione osculi proditoris. Datur vero in sabbato sancto: qr tunc inchoatur solennitas paschalis in qua dicit dominus discipulis pax vobis. Velu aut qp in.40. ate altare ponitur: significat prophetias ante xpi passione velatas fuisse quod velamen in xpi morte sublatum est in cuius signum dno spiritu emittente velum tepli scissu est a summo vsqz deorsum. Tractus qui loco alleluya in quadragesima dicitur significat xpz tractu ad varios iudices pro nobis miseris in sua benedicta passione. Quia vero totus mundus fuit illuminatus et in dei amorem inflammatus per duodecim apostolos xpi cruce predicates: hic est qp in dedicatione eccle materialis vniuersalem ecclesia seu fidelium cogregationem mystice representatis sut duodecim cruces in qb9 ponunt duodecim candele lucentes et ardetes. ¶ Oblatio autem fcta pro nobis a xpo in cruce repntatur in missa puta eleuatio manuum sacerdotis significat eleuatione manuuz xpi in cruce et hostie fractio significat separatione aie xpi a corpore. Dicitur quoqz missa a mittendo qr oblatio corporis xpi mittitur ad celu misterio angeloru. Non dr aute flectamus genua in die parasceue cum dr oratio pro iudeis in detestatione genuflectionum illo die christo irrisorie fractarum. De hac materia multa tagentur distinctione sequenti.

arti. ¶ Quātum ad scđm dico q vinū scđs artificiale siue quodcūq aliud vinū qđ nō est vinū vitis vt pote vinū pomorū: nō est vinū nisi sm quid vel equiuoce. vnde nullū tale est aptum consecrari. cuius rō est: qz xps sic instituit. et hoc qz pars principalis nutritionis scz potus principaliter consistit in vino et debet esse expressuz de vua. qz q̄dā liquor ē in vua ma gis hz rationem comestibilis q̄ potabilis. ¶ Nō dat aūt sacrm populo sub vtraq spē propter periculum effusionis. Aquam vero vino apponi nō est simpliciter necessariū de necessitate scri qz etiā qñ apposita est nō cōuertitur in sāguinem nisi prius conuersa fuerit in vinum. Et io ita modica est apponenda z ita tempestiue q ante consecrationem possit esse conuersa in vinū. Greci etiā non apponunt aquā vt dicit innocentius. hoc tñ est de necessitate ministri propter preceptum ecclesie romane et ēt xps vinum cui fuit prius aqua mixta consecrauit vt ait dam. li. 4. Cōgruentia aūt appōnis aque ad vinū est vt significetur populus vniri xpo per fidē. de cōse. di. 2. Cōione. Vñ nō sufficeret si apponeretur i dolio: qz nulla esset ibi significatio: sed debet apponi iminente oblatione. Non sūt aūt agresta nec acetū materia consecrationis cū specie differant a vino vt patet ex eorū qualitatibus z operationibus. Vinū eni est a tota specie calidū: acetū vero a tota specie frigidū. vt dicit scotus. De vino tamen aliquali ter tendente ad acedinem potest fieri consecratio. scđm innocen. et rich. Quia vero scđm aug. in sacramēto sine intētione nichil agit ideo si sint plures hostie super altare/ nō cōsecrātur nisi ille quas sacerdos intēdit ɔsecrare.

Circa di. 12. quero an i eucharistia sit aliquod accidēs sine subiecto? ¶ Qz non. 7. metaphē dicit ari. q nō est possibile aliqđ accidentiū eē sine subiecto. ¶ Item scđm boeciū accidentis esse est inesse. ¶ Itē posterius essentialiter non pōt esse sine priori. 5. metaphē. sed accñs est posterius suba. 7. metap. ergo nō pōt esse sine ipa. ¶ Oppositū magr in littera. Rñō scđm scot. q accñs pōt sumi vno mō pro per se significato eius. s. pro ipsa accñtalitate vel inherentia que est respectus extrinsecus aduenies inherentis ad illud cui inheret. z potest pertinere ad genus actionis si actio dicat non tantum respectuz agentis ad passū/ sed ēt forme ad informatum. Alio mō pōt sumi pro eo qđ denotat a tali significato siue sit accñs absolutum siue respectiuum. Loquendo igitur de per se significato accñtis contradictio est ipm non esse in subiecto intelligendo vniformiter in subiecto z predicato i. si actu actu. si aptitudine aptitudine: qz accñtia seu inherētia est quidā respectus ad illud cui accidit seu quē importat hec dictio accñs seu inherēs ¶ Hoc pmisso pono duas conclusiones. Prima ē q loquēdo de eo qđ denotat a tali significato z est per se respectus contradictio est q sit sine fundamento seu subiecto eī

hoc actu. ita scʒ ꝙ nō actu inhereat subiecto probatur qꝛ respectus est essentialiter habitudo inter duo extrema. Et iō sicut tollere terminuʒ ad quē respectus est: est destruere respectū. ita tollere illud cuius est respectus est destruere rōnem respect⁹. Non ergo qꝛ respect⁹ est accñs ideo requirit subiectū vel fundamentū: sed qꝛ respectus. Scḋa cōclusio est ꝙ loquēdo de accidēte absoluto possibile est ipsum eē sine sbo cui actu inhereat. probatur qꝛ nulla est depēdentia simpliciter necia alicuius accñtis absoluti ad aliqḋ qḋ non est de eius essentia nisi ad causā extrinsecā simplr primā. s. deū. Subiectuʒ aūt nō est de essentia accñtis. qꝛ tūc hō alb⁹ nō esset ens. ꝑ accñs qḋ est ꝯtra phm. 5. meta. ergo dependentia actualis accñtis ad subiectū nō est simplr necia. Uoco aūt simplr necessariū: cuius oppm includit cōtradictionem. Minor probatur. qꝛ causalitatē cuiuscunqꝫ cāe extrinsece respectu cuiuscunqꝫ causati perfecte supplere pōt prima cā: qꝛ hʒ in se oēm talē causalitatē emīnentius ꝙ̄ cā scḋa. Lʒ aūt accñs absolutū possit esse absqꝫ tali inherentia actuali ad subiectum. tñ nō potest esse quin habeat aptitudinem ad inherendum subiecto. quia talis aptitudo est propria passio consequens naturaʒ accidentis idem realiter cū ipso Ex predictis patet ad questionem. Accidentia enim panis manent in eucharistia vt patet ad sensum et non efficiunt corpus xpi: qꝛ illud non est quātū hac quantitate: sed multo maius nec figuratum hac figura / sʒ figuratiōē corporis hūani. nec colocatū hoc colore: sed colore cōuenienti corpori humano nec afficiunt substantiam panis qꝛ illa non manet vt pʒ ex predictis nec afficiunt aerē: qꝛ aer non est capax istorū accidentiū / cū ista sint ꝓprie accidētia corporꝫ mixti ⁊ repugnantia elemento. Sūt igitꝛ sine subiecto. Est aūt duplex subiectū accidētis quoddā quod vltimate terminat ei⁹ dependētiā sic ꝙ nichil vlterius terminet ⁊ sic substantia dꝛ subiectum accidentis et hoc modo omne accidēs est ibi sine subiecto. Alio modo subiectum accidētꝫ dꝛ quod proximo terminat eius dependentiam lʒ non vltimate. et hoc modo non omne accidēs est ibi sine subiecto. Albedo enī fundatur immediate in quantitate / et scḋm extēsionem eius extenditur. Si ei virtute diuina fieret sine ꝙ̄titate: esset indiuisibilis ⁊ insensibilis potentia propinqua / qꝛ nō esset sub mō ꝯuenienti ad diuisionē et sensationē: eēt tamē diuisibilis ⁊ sensibilis potentia remota qꝛ esset accidens natū informare corpus. Equalitas etiā vnius ꝙ̄titatis ad aliā fundatur immediate in ꝙ̄titate et similitudo vnius qualitatis ad aliam fundatur in albedine habent enim accidentia separata a substantia actionem in sensum sicut et coniuncta / cum sint principale et totale sensationis in suo ordine. vnde visus videt albedinem panis cōuersi in corpus xpi. ⁊ olfactus percipit odo

rem et gustus saporem. Nō aūt hēt actionē respectu substantie generande: quia sit imperfectiora ipsa.
¶ Franguntur et accidētia: cū hostia consecrata diuidit. Unde retinent modum agendi et patiendi quē prius habebat. Illud autem quod dicitur de conse. di. 2. Ego berengarius. Verū corpus et sanguinem dñi nostri iesu xpi manibus sacerdotum frāgi vel dentibus atteri debet referri ad species. Quia enim ille berengarius fuerat infamatus q non credebat corpus xpi realiter contineri sub spē panis. iō ad sui purgationē per verba excessiua contrariū asseruit. Et sic verum corpus xpi frāgi dr qr spēs sub qua vere continetur frangitur. et hoc modo etiā dicitur a populo in manibus sacerdotum videri: cū tamen ipsum corpus vt in sacramento non immutet sensum qr non est ibi modo quantitatiuo vt dictum est in precedentibus.
¶ Diuisa ita hostia corpus christi non diuiditur: sed remanet integrum sub qualibet eius parte sensibili q̄diu remanent species panis vel vini: cum sit totū in qualibet parte. Quia vero deus instituit non conseruare ibi corpus xpi nisi q̄diu manēt accidentia que nata sunt afficere substantiam panis vel vini iam cōuersi ideo in instāti corruptionis hmōi accidentium siue per digestionē vel alias: redit actione dia talis substantia qualis nata est affici accidētibus cōsequētibus / seu qualē generasset natura de pane corrupto. Hinc est q hmōi species nutriūt: et ipsis corruptis generatur vermes: hoc aūt facit deus ad mere fidei meritū. Si enim videremus ex ipsis speciebus nichil generari: experimento cognosceremus cū esse sub illis speciebus panis et vini.
¶ Ad primum argu. dico q phi dicerent accñs nō posse esse sine subiecto. qr ponūt ordinē causarū simplr necium. vt dictū est. 8 phisicorū. c. vltimo ita q prima causa nō pōt causare causatum cause secunde sine causa secūda subiectū autē habet aliquā causalitatē respectu accidētis. se habens vt materia in qua qr scz hz naturaliter sustentare accñs. Nos autem non ponimus hmōi ordinem causarum simplr necessarium vt pz ex precedentibus: qr ergo deuiamus a phis in antecedente: oportet etiā q deuiemus in consequente. ¶ Ad boeciū dicendū q accñs habet de natura sua q insit aptitudinaliter: non aūt est necessariū actualiter. ¶ Ad aliud cū dr q posterius non potest esse sine priori: dico q verum est de illo priori qd necessario actualiter presupponit. accñs aūt nō sic presupponit subām sed tātū aptitudinaliter vt dictum est.

Utrū sit frequenter cōmunicandū. Rñ o secundum rich. sicut oportet pluries cibū sumere ad restaurationem humidi naturalis deperditi per actionem caloris naturalis: sic hoc sacramentum quod est anime nutrimentum. est pluries insipiendum. Unde si homo experimentaliter cognoscit q ex frequenti sumptione huius sacramenti feruor caritatis augetur

tur in ipso et reuerētia ad sacramentum non minuitur: frequēter debet cōicare. Non tamē in die plusq̄ semel. Si vero sentiret reuerentiā ad sacramētū minimi ⁊ feruorē nō multū augeri interdū debet abstinere vt cum maiori reuerētia ⁊ deuotiōe post modū accedat. et ideo dr̄ de consе. di. 2. Quotidie eucharistie cō munionem accipere nec laudo nec vitupero. Et infra. Faciat vnusq̄sq̄ quod scd̄m fidē suā pie credit esse faciendum. Obseruari tn̄ debet statutum ecclie de pe. ⁊ re. Ois vtriusq̄ sexus. de cōicando semel in anno ad minus. Alio aūt tēpore nō tenetur hō cōicare de necessitate: nisi rōne officij vt sacerdotes cōicare tenent̄ q̄tiēs cōficiūt corp⁹ xp̄i. de conse. di. 2. Relatum. vel rōne periculi mortis vt cū hoies in grauibus ifirmitatibus q̄b⁹ est notabile piculū mortis sunt cōstituti. In pmitiua aūt ecclia q̄n vigebat maior deuotio quia parū ante passio xp̄i pcessarat et ab infidelibus maior erat ipugnatio quotidie cōicabāt vt fortiores efficerētur. Postmodum vero minus feruēte caritate ordinatū est vt hoc fieret ter i anno. s. in natali dn̄i pascha ⁊ penthecо. de ↄse. d. 2. Seclares. Post ea aūt vt saltem semel in anno. ¶ Bonauētura autē dicit q̄ hō a cōione aliq̄n dz cessare vt addiscat vereri. Aliq̄n accedere vt iflamet̄ amore q: tali hospiti debetur et amor et reuerentia. ⁊ tunc scd̄m illā partē scdʒ quam melius se viderit ↄficere ad illā magis declinet. ¶ Dicit quoq̄ rich. q̄ nō lʒ sacerdoti per totū tp̄s vite sue celebrādo abstinere: ne sicut seruus neq̄ q̄ abscōdit pecuniā dn̄i sui. a dn̄o nisi se corrigat iudicetur. Un̄ sacerdos q̄ hac ptāte sibi data loco ⁊ tp̄e debitis et cōuenienti h̄ita oportunitate et dispōe nō vult vti sed notabilit̄ negligit pеccat. ¶ Bonaueñ. aūt dicit q̄ sacerdos q̄ de altari nō viuit nō peccat si ↄscia sua dictat q̄ ob sui idignitatē ⁊ sacramenti reuerētiā abstineat. ¶ Et notanduʒ q̄ si aliq̄n misse peculiares. i. spāles seu votiue i dieb⁹ solēnib⁹ dicātur: nō debēt ita solēniter celebrari q̄ p ipas a missa ↄpria illius diei popul⁹ abstrahatur de conse. di. 1. Et hoc attendendum.

Circa di. 13. q̄ro vtrū sacerdos q̄libʒ possit conficere euchari stiā? Qȝ non. Malachie. 2. maledicā bn̄dictiōib⁹ v̄ris loquit̄ de malis sacerdotib⁹. ⁊ p ↄn̄s p misteriuȝ eorꝝ nichil bn̄dicit̄. ¶ Preterea vir t⁹ misse pūcipalr̄ ↄsistit i sacramēto eucharistie ergo si mal⁹ sacerdos posset cōficē sicut bon⁹ eque valeret missa mali sicut boni. ¶ Itē q̄ nō solus sacerdos. q̄ di. 93. dr̄ q̄ dyaconus euchariſtiaȝ populo sinceritas cogit ipsus erroget. vn̄ sixtus commisit laurentio dn̄ici sanguinis dispēsationē. vt pȝ i legēda ei⁹. ¶ Cōtra Mat. 26. hec quotienscunq̄ feceritis vbi xp̄s loquitur apl'is quib⁹ succedūt ep̄i vel ad min⁹ non nisi discipulis q̄bus succedūt sacerdotes. di. 21. In nouo testamento. ¶ Rn̄o. Conficere eu

charistiã vt cause principali nõ ꝯpetit nisi soli deo/sacerdoti vero vt istrumẽto. Et hoc dupliciter vno modo absolute siue de fctõ ita. s. ꝙ attẽtat facere facit qđ intendit. Alio mõ ordinate siue de iure. Quantũ ad primũ. Ad simpliciter ꝯficiendũ non reqrit vltra materiã debitã nisi minister debit⁹ qui. s. sit sacerdos et possit proferre verba debita cõsecrationis ita ꝙ non sit mutus et hñs intẽtionẽ debitã faciendi qđ intendit facere eccłia: ita ꝙ non careat vsu rõnis. vnde degradat⁹ seu depositus lz nõ ordinate conficiat: potest tñ absolute ꝯficere. qz degradãs nõ potest ei auferre caracterem sacerdotalẽ licet ipz spoliet ꝑuilegio clericali qđ nõ est essẽtiali ordini. pro quo põt adduci illud. 2. cor. vltimo. Nõ dedit nobis potestatẽ in destructionem / sed in edificationẽ. Si etiã conficit scismaticus vel hereticus etiam circa eucharistiã dũ tamen itẽdat facere quod xps istituit faciendum seu quod eccłia facit. Et si obijcitur ꝙ cum talis sit precis⁹ a corpore eccłie non põt offerre in ꝑsona eccłie dicẽdo offerim⁹ ꝛc. vt arguit magister in lr̃a. Dicit scot⁹ ꝙ oblatio nõ ẽ de necessitate consecrationis. ¶ Quãtũ ad scdm scz de ordinate cõficere quedam requiruntur ex parte ministri/loci/ꝛ tp̃is. Ex parte ministri nõ tãtũ impedit culpa sed etiam pena canonica. vt excommunicatio/suspẽsio/irregularitas. ¶ Et dicit pena canonica ꝓhibitio alicui⁹ exeqũdi vł gradus recipiendi: qui alias compe

teret non ꝓhibito. Debet quoqꝫ habere vestimenta sacrata ꝛ honesta cuiusmodi sunt amict⁹ alba/cingulum/stola/manipul⁹/patena quibus nõ est vtendum nisi in eccłasticis officijs de cõse. di. 1. In quibusdã autẽ locis consuetudo obtinuit cingulum nõ benedici: quare lz ibi vti cingulo non bñdicto. scdm scotum. Licet autẽ celebrans sine ornamentis debitis grauiter peccet nõ tamẽ irregularitatẽ incurrit cũ talis pena nõ inueniat ꝓpter hoc i iure inflicta. Per amictum autẽ designat velum quo facies xp̄i fuit velata. Alba vero signat vestẽ traditã in domo herodis. Cingulum: cordã qua fuit ligatus ad colũnam. stola cathenã ferreã in eius collo positã. Manipulus ligaturã manuũ in captione. Casula aũt vestẽ purpuream. Corona vero representat coronã spineã xp̄i capiti ipressã cui⁹ cultui clerici spaliter applicãtur. ¶ Ex parte aũt loci requiritur ꝙ sit locus per ep̄m sctificatus scz eccłia ꝯsecrata vel altare scdm Raimundũ de conse. di. 1. Sicut nisi i casu necessitat; pz ibidẽ. Cõcedim⁹. vt si ecclesie in patria sint destructe: vel si qs invia positus non possit accedere ad eccłiam ꝯsecratã. qđ regulariter verũ est de nauigãtibus vt dicit scotus. Non enim videtur verisimile ꝙ obseruantiam illius precepti decalogi/sanctifica sabbatum/ quod ecclesia interpretata est i hoc qđ est audire missã die dñico. de cõse. dist. 1 Missas. voluerit ipedire per aliquod preceptũ minoris obliga

fionis. Nō est tñ celebrādū i naui ꝓpter periculū effusionis sāguinis. predictis aūt casib⁹ exceptis nō lꝫ celebrare in loco nō sanctificato nisi de consensu epi

§.5. Conceditur tamen extra de priuilegiis. In his fratribus minoribus et predicatoribus ꝙ vbicunqꝫ fuerint sine parrochialis presbyteri preiudicio cum altari portatili possint celebrare. De ecclesie edificatione et reparatione. vide in bartholina. Ecclesie. primo.

§.6. ¶ Istius autem loci requiritur ornatus videlicet lumen. extra de cele. mis. ca. vltio Debet etiam esse altare lapideū de cōse. di. i. Altaria si non sint lapidea crismatis vnctione non cōsecrētur. q꞉ xp̄s petra dicitur habēda etiā sunt calix et patena de auro vel argēto/nisi paupertas cogat ⁊ tūc debēt esse de stanno. de conse. di. i. Calix sub quo itelligitur secundum rod. ⁊ astexanū plumbū. De ere autē vl' auricalco calix nō fiat: q꞉ ob vini virtutē eruginemqꝫ pariter vomitum prouocat. Non autē in ligneo vel vitreo calice presumat quis missas cantare. ¶ De vitreo est irrationabile propter eius fragilitatē ne sanguis dñi periculo exponatur. De ligneo vero propter imbibitionem humoris. et debent esse consecrata de consecrā. d. i.

§.7 ¶ Debet autē ecclesia a solo episcopo cōsecrari nec episcopus potest alteri delegare sicut nec reconciliationē nisi episcopo. extra de consecra. ecclesie. Aqua. Ex commissione tamen pape sacerdotes simplices possunt reconciliare: aqua tamē pri⁹ per episcopū benedicta. vt dicit innocenti⁹. Est quo ꝙ alia consecratio altaris. alia ecclesie. Et ideo vna sine alia potest fieri. extra de cōsecra. ecclesie. capi. primo. Si autem ecclesia consecrata pro maiori parte fuerit destructa: debꝫ recōsecrari. Secus est si solū tectū fuerit cōbustū: et. e ligneis. Parietib⁹ integris remanētibus vel saltē in modica parte destructis. Si vero parietes fuerint successiue reparati eadē ecclesia intelligit̄ et ideo sufficiet si tantum reconciliet̄ cū aqua exorcizata et cū solēnitate misse. Secus si fuerit prio tota destructa: etiā si ex eisdē lapidibus fuerit reedificata de conse. distin. i. De fabuca.

¶ Similiter vestes ministrorum et pallas altaris et vasa sacra si reparentur manēte substantia: nō oportet iterato cōsecrari etiā si per partes plures reficiant̄. §.8. Secus si forma tota simul soluatur. patet arguendo a simili. dicunt̄ aūt palle toallie vel corporalia. Predicta etiā vel similia nō debent conuerti ad vsus laicos. si qua autem sint vetustate cōsūpta: comburi debent et cineres in ecclesia vel aliquo loco honesto poni. ligna tamen possūt poni in dormitorio vel capitulo vl' in coquina cōburi. 19. quest. 3. Que semel. ⁊c. Quoniam de cōsecratione. dist. i. Altaris. et ca. Ligna. Debet autem altare siue fixum siue mobile: esse non enormiter fractum. extra eodē quod in dubiis. Celebrans tamen super altare enormiter fra- §.9. ctū vel non consecratū: lꝫ peccet

non tamē est irregularis cū hoc nō sit in iure positū: vt dicit richardus. Debet etiam ornari duabus toallijs vt mos est eccle sie consecrati et corporali. Iz aūt celebrans in loco interdicto incurrat irregularitatē si scienter hoc faciat: non tamen I loco polluto sanguine vel semine. extra de sēten. ex. his qui. libro sexto. In talibus tamen peccatū ē celebrare si sit notorium: si vero sit priuatum non est peccatū. q2 nec recōsiliatione indiget/ vt di-
§.x. cit scotus. et tenetur cōius. ¶ Fit enī recōsiliatio propter scandalum et horrorē de turpitudine et pctō in loco sacro cōmissio: et iō de cōsuetudine non recōsiliatur in occultis casibus. Et intelligitur de effusione sanguinis enormi. scdz alter. Secus si sit modica vel leuis. vt si quis contendit cū aliquo in eccłia et facto in eū impetu offendat in nares eius vel cū vngue eum excoriet et inde exeat aliquantulum sanguinis. Non est etiam reconsiliāda ppter pollutionē i sōnūs. Ecclesia autē nō consecrata si sanguinis vel seminis effusione polluatur debet lauari aqua exorcisata que fit per simplicē sacerdotem: ne tunc laudis organa suspendantur vt dicit Ber. extra eod. Si eccłia. et non aqua que fit per epm cū vino et cinere: cū quibus reconsiliatur ecclesia cōsecrata. supra eod. Proposuisti. Hec patent euidēter in littera. Iuxta predicta expediret vt celebrantes coram infirmis prius camerā aqua benedicta aspergerēt. Quidā tamē aliter dicūt Si aūt ecclesia diuino cultui sit dedicata licet nondū cōsecrata Polluta quoqꝫ ecclesia cimiterium ei cōtiguū censetur pollutū et anteqꝫ reconsiliatū sit nullus debet in eo sepeliri. Secus si ipm cymiterium ab ecclesia esset remotum. Sed ecōtra polluto cymiterio non est polluta ecclesia ne minus dignū trahere videatꝫ magis dignū. extra eod. Si ecclesiā. libro sexto. Et non est vnū cymiterū sed plura quando paries est i medio: licet sit ibi eadē porta. vnde violato vno non est violatnm alterū. vt in dicto ca. ¶ Altare debet recōsecrari si tabula eius supior sit mota de vno §.xi loco ad aliū. vel fracta enormiter / maxime in angulis in qbus fit ɔsecratio. Itē si motus fuerit aliquis de lapidibus principalibus mensā contingētibus/ seu vna columnarū supra quas ponitur altare. Item si lapis quo sigillantur reliquie sit fractus vel diminutus enormiter. extra eodem cap. primo. et cap. Quod in dubijs. Item si dubitatur an sit consecratum. Non credit autē Inocētius altare viaticū cōsecrādum si abstrahatur a ligno: nisi ibi sigillarentur reliquie. vt dicit alter. cū consecratio non adhereat ligno sed lapidi. ¶ Tem- §.xii pus vero celebratiōis est ab aurora et non ante vsqꝫ ad nonam vt dicit scotus. maxime diebus ieiuniorum excepta nocte natiuitatis. de conse. di. i. Nocte sctā. Solent. In primitiua etiam ecclesia celebrabatꝫ missa in initio noctis resurrectionis. Uñ in oratione dicitur. Deus qui hanc sa

gratissimã noctẽ Oportet etiam celebrantẽ habere aliquẽ respõdentẽ in psona totius ecclesie vt denotetur esse mediator inter deum et ecclesiam offerendo sacrificiũ pro eccl'a que sibi assistit in offerendo Et notandũ secundũ bõauen. q plus peccat mal9 sacerdos qui tm̃ sacramentũ cõficit et non sumit: q̃ qui vtrũq3 facit q2 talis nõ tantũ est minister indignus: sed etiã non obseruat ritum quẽ debet ¶ Ad primum argumentũ. Malachie auctoritas potest exponi de benedictionibus q̃s faciũt mali ĩq̃tũ mali puta cũ adulãdo bñdicant malis quibus deus veraciter maledicit: sed ĩ eucharistia sacerdos non bñdicit inq̃tum malus: sed habens intentionẽ eccl'ie in bñdicendo et ↄsecrãdo. ¶ Ad scd'3 dico q missa melioris est melior non ratione sacramẽti qd vtrobiq3 est equale: sed ratione orationũ ei9 a deo acceptaꝝ. ¶ Ad tertiũ dico q ↄcedit dyacono in casu necessitatis corpus xpi dispensare quod est minus: nõ autem conficere quod est maius. Nullo mõ autẽ cõuenit laico dispensare corpus xpi. de cõse. di. 2. peruenit. Et notandũ q l3 calix cõfract9 et cõflat9 possit ad vsus laicos ↄuerti nõ tñ ĩ ppria forma. ar. c. de ↄsc. di. 1. Ligna.

Ad arg.

q. 2. ar. 1. Uare celebrantur tres misse ĩ domini natiuitate. Respõdet Richard9 q vna celebratur ante diem ad designandum tẽpus ante legẽ quãdo erãt hoies in tenebris. Scd'a cũ diescit ad designãdũ tp̃s sub lege qñ nõdũ noticia dei hẽbat. Tertia ĩ die plena signat tẽpus gratie qñ iam plẽa cognitio habetur. Dicit etiã q cũ sacerdos xpm representet non debet missã dicere discalciatus. Sacerdotis eni calciatio est incarnatiõis representatio. In psona eni filij dei dicitur in psalm̃. In ydumeam extendam calciamentum meum id ẽ hũanã naturã quã assumã que in ydumea extenditur dum a christo hoie terrena calcãtur ydumea eni terrena dicitur. Sumitur autem calciamẽtũ pprie pro eo quod operit pedẽ ⁊ sic inhibetur apl'is deferre calciamẽta. Math. x. Large vero sumitur pro soleis. ⁊ sic dicitur. Marci. 6 q discipuli erant calciati sandalijs quibus sc3 muniũtur pedes ne imediate tangãt terrã/ et nudi remanent in parte superiori/ quia affectiones predicatorum non debent ad terrena affici sed ad celestia. vt dicit del'ra super illd ad ephesios. 6. Calciati pedes in preparatiõe euãgelij pacis. Sic etiam xpi diuinitas versus terram tegebatur humilitate q2 hoibus terrenis tantum esse hõ videbatur. ¶ In pte vero superiori. s. viris celestib9 esse etiã deus ver9 apparebat. Usus autẽ calciamẽtorũ in celebratione missaꝝ ortũ habuit a sãdalijs a postoloꝝ. vt habet in rõnali diuinoꝝ officioꝝ. g. durandi. ar. 2.

Uare non celebrat̃ missa ĩ die parasceue? Rñdet rich. q. ipã dies ĩ qua xps passus fuit ipsam passionem sa q̃o. 3 ar. 1.

tis efficaciter repsentat: ideo statuit ecclia vt illa die non consecretur corpus christi sed quod in precedēti die reseruatū est sumatur. Non aūt reseruatur sanguis propter periculū effusiōis. Quia vero effectus illius passionis ad nos cōtinue perueniunt ideo statuit ecclesia vt excepta die predicta quotidie in ecclesia missa celebretur in memoriam oblationis pro nobis facte i cruce virtute cuius oblatio sacrificij ecclesie hz effectū. Alexan⁹ autem dicit sabbato sācto non esse missam celebrandam. de cō se. di. 3. Sabbato. sz illud decretum nō obseruatur. dr enim ibi sic. Traditio eccle habet biduo scilz veneris ꝛ sabbati sctī sacramēta corporis ꝛ sanguis xpi nō celebrari. q̄ forma etiam per singulas ebdomadas tenenda est patet aūt euidenter hoc de consuetudine non obseruari. vnde loquitur scdz morem primitiue

§.2. ecclie. ¶ Quid si musca vel aranea in calice ceciderit aut venenū mixtū fuerit. ¶ Rño scdz thomā in tertia parte ꝙ si sacerdos ante consecrationem hoc deprehendat: debet calix ablui ꝛ alīd vinū ꝯsecrādū poni. Si vero aliquid horum post consecrationē acciderit: debz animal caute capi et diligenter lauari ꝛ comburi/et ablutio in sacrarium mitti ꝙ si venenū ibi esse deprehenderit: nullo mō debet sumere nec alij dare. ne calix vite i mortem vertat. sz debet diligēter i vasculo cōseruari. Et ne sacramētū remaneat iperfectum: debet vinū apponi. et sacerdos denuo resumere cōsecrationē sanguis ꝛ sacramentū perficere. nichil enim abominabile debz sumi occasione huius sacramēti. de cōse. di. 2. Si per negligētiā. ¶ Quid si pp frigus qđ presbiter patitur i manibus/ hostia dilabitur i calice. ¶ Dicit thomas ꝙ nō ē necesse ꝓpter hoc aliquid circa celebrationem huius sacramenti iterari. ¶ Quid si vinū in calice ꝯgelet. Rño. si sacerdos hoc deprehēdat ante consecrationem resoluat illud anteq̄ꝫ consecret vt habeat actualem rationē potus si vo nō resoluat ꝯficit. qz vinū gelatum a non gelato differt tantū qualitate accidentali. secundum alexanum. §.3. §.4.

Trum sacerdos obligat⁹ ad dicēdū missā ꝓ vno ꝛ etiā obligat⁹ ad dicēdū missā pro alio: sufficiēt soluat debitū dicendo missam pro ābob⁹. ¶ Q; sic de ꝯse. di. 5. Nō mediocriter. Ait hiero⁹. Cum ꝓ centū aiabus psalm⁹ vl missa dicitur: nichil min⁹ q̄ꝫ si pro quolz vno ipsoꝝ diceret accipit. ¶ Cōtra. Qui tenet ad mai⁹ bonū nō satis facit soluēdo minus bonū. sed iste tenetur ad dicēdū duas missas ex obligatione qua se sigillati cuilz obligauit ergo non satisfacit dicendo vnam pro ambobus. ¶ Rño scdz sco. penultima q̄stione quol. ꝙ missa vl oratio pōt tripl'r intellegi valere alicui. Uno mō spalissime: et sic valet celebranti vl oranti qñ est in gratia. Ipse enim animi habet motum bonū ꝛ elicit bonū op⁹ q.4. §.1. Rño ad q̄. vz triplici ter.

Nec potest ordinata voluntate sic illud alicui dare q non sit sic suũ meritum: quia plus tenetur ex caritate se diligere q̃ alium. Alio mõ generalissime scilz toti ecclesie/nec debet orãs aliquem de eccl'ia excludere. ¶ Tertio mõ valet modo medio illi cui p orã tem spãliter applicatur. Nõ eni precise valet sibi generalissime sicut cuicunq: tunc enim frustra essent i ecclesia assignate spales orõnes pro parentib⁹ amicis vl' benefactoribus aut variis statibus. si non plus valerẽt eis q̃ cuicunq de eccl'a. Unde missa hoc modo dicta pro duobus nõ tñ valet illis sicut si pro vno solo diceretur vt in amicitia hũana dilectio supplicans citius exauditur pro vno q̃ pro multis Sic lz lumen sperice se diffundat: plus tamen influit in propinquum q̃ in remotum ¶ Ex his patet ps negatiua questionis vnde sacerdos obligat⁹ ad missam vel suffragia pro vno: non debet aliis in gradu equali applicare bene tamen potest applicare multis in variis gradib⁹. vt si determinetur ad dicẽdũ missam pro aliquo in speciali: põt sic in suo memẽto dicere dño. Digneris dñe oblationem istã in spãliter acceptare pro tali ꝛ pro illis p q̃bus me nosti obligari ꝛ in illo gradu iquo nosti. Nec oportet celebrãtem pro multis tũc actu de illis cogitare: sed sufficit q ante recollegerit illos pro quib⁹ intendit specialr orare ¶ Auctoritas aũt hieroniomi scd'z glosam est intelligenda q non minus valet pro cẽtũ q̃ pro vno i casu i quo loquit sez p centũ cũ cordis hylaritate: q̃ pro vno cũ anxietate Cõiũgẽdo videlz ei qd premittit Melior ẽ dnq psalmorũ decãtatio cũ cordis puritate: q̃ totius psalterii cũ anxietate: vel põt intelligi q non minus valet ipi sacerdoti si dicatur pro cẽtum: q̃ pro vno diceretur. Est autem rationabile q qui recipit elemosynas tpales refũdat benefactori suffragiũ spũale orõnis et oblatiõis. Et ita elemosyna talis puta reddit⁹ collat⁹ ecclesie collegiate vt mistri celebrare tenerentur pro illis pro quibus cõferẽs intendebat eos obligare: transit cũ onere suo ad quẽcũq successorẽ. Dubium tñ est an huiusmodi obligatio positiua preiudicare possit obligatiõi qua quilz obligatur patri et matri de iure nature. Religiosi vero qui non sunt capaces reddituũ non habent rõnem pmittendi illa quorum oppositũ sequeret. Uñ tantum licet eis ad illa se obligare de quibus certi fuerit q possint complete soluere. Que aute dãtur celebrãtib⁹ nõ dant vt emãt spũalia seu vt preciũ mercedis: sz vt stipẽdiũ necessitat', s. ad ministrorũ sustentationem. Cũ tñ elemosyna liberalr offert cũ mẽdicatiõe orõnis recipiẽs elemosynã tenet scd'm iusticiã exaudire mẽdicatẽ. ꝛ sic sine pmutatiõe ꝛ pactione obligat se ad orandũ.

Uid agendum si stilla sãguis ec ciderit. ¶ Rño si cciderit su p tabulam lingua lambatur et tabula

radatur. Si supra terram et nō sit tabula: locus ille radetur et comburetur. ꝛ cinis iuxta altare condetur. Si vero ceciderit super lapidem altaris / sorbeat sacerdos stillam. si aūt super lintheum altaris: abluat tribus vicibus lintheamina ad que stilla peruenerit calice supposito ꝛ aqua ablutiōis iuxta altare cō datur. de consecra. dis. 2. Si per negligentiam. potest etiam sumi a sacerdote nisi propter abominationē dimitteret. Dicit etiā tho. ꝙ tutum est post ablutionē scidere ꝛ cōburere et in altari recondere. ¶ Quid si vinū addat speciebus? Respondet petrus in 4. ꝙ si vinum additū sit minus tunc non peruenit ad omnes dimensiones speciei sub partibus igitur illis ad quas vinū additum ꝑuenit: desinit eē sanguis. cum iam accidentia nō sint sine subiecto. sub partibus vero illis ad quas non peruenit: manet christi sāguis. Si autem vinū additum sit maius: tunc ad omnes dimensiones speciei peruenit et eius continuitatem totaliter soluit: et sic sanguis ibi eē desinit. Et idem si sit equale. Similiter possꝫ dici de liquore alterius nature: vltra hoc addendo ꝙ si sit maioris virtutis transmutat speciem vini in se. et si equalis: transmutatur vtrūqꝫ in naturā tertiam. et sic desinit ibi esse species vini. et per consequens sanguinis christi. ¶ Quid si aliquis eucharistiam vomat? Rn̄deo ꝙ vomitus debet cremari et cineres iuxta altare recondi. Imponiturqꝫ talibus varia penitētia de cōsecratione dist. 2. Si quis per ebrietatem: que potest mitius vel aster. pensatis conditionibus persone ꝛ negocijs Si aūt ibi apparet integra species sacramenti: esset reuerenter seruanda scd̄m tho. qꝛ manētibus speciebus manet ibi corpus xp̄i. ¶ Utrū plures sacerdotes possint eandem simul hostiam cōsecrare? Rn̄sio. Quidam dicunt ꝙ sic scd̄m morē quarūdem ecclesiarum. i quibus sacerdotes cō celebrāt xp̄o. Albertus autē dicit ꝙ debent episcopo assistere: sed non verba consecrationis ꝓferre. q̄ opinio michi magis placet. quia iniuria videtur fieri sacramento. ¶ Quid agendum sit quando corpus christi apparet in alia specie? Rn̄sio secundum thomā. Quando apparet in specie pueri vel carnis cruētate vel consimilium non debet sumi ab eo cui sic apparet cū nō habeat rationem cibi. ꝙ si omnibus sic apparet: cū reliquijs poni debꝫ. Illa autē accidentia carnis vel pueri quibus illa species panis circūfunditur non sunt propria accidētia corporis xp̄i. vn̄ q̄uis in expressiori signo videat: non tamen videtur in specie ꝓpria. ¶ Utrū liceat vni in die plures missas dicere? Rn̄sio scd̄ꝫ raymundum ꝙ non. Nam et valde felix est q̄ vnam digne celebrat. extra de ce. mis. Te referente. et ca. Cōsuluisti. de conse. di. 1. Sufficit. Excipiuntur aliqui casus. Un⁹ i die natiuitatis dn̄i in quo potest presbyter celebrare tres. Alius si necesse fuerit dicere vnā missā de die et aliā ꝓ defunctis

nisi sit contra cōsuetudinem loci approbatam. vel constitutionē synodalem. Tertio ꝓpter necessitatē infirmorū peregrinorū vel nuptiarum. ⁊ ꝓpter aliquod predictorū nō celebret nisi duas nec in prima sumat perfusiōem post cōiōnem: ꝙ non esset ieiunus. extra de cele. mis. Ex parte Concordat hostien. ⁊ addit aliū casum. s. quando ꝓpter raritatē clericorū vel paupertatem ecclesiarum due eccl'e cōmēdantur vni. ¶ Quid de illis qui nondum dictis matutinis celebrāt? Dicit rod. ꝙ mortaliter peccant cum hoc sit contra generalem ⁊ approbatam cōsuetudinē ecclesie. Non sic de illo ꝗ celebrat ante primā: nisi sit contra preceptū vel statutum. Dicit etiam ꝙ is qui scienter ante diem celebret: mortaliter peccat p eandē rōnē/ nisi sup hoc p epm dispēsetur in casu. vt si ꝗs ifirmaret ad mortē et nō posset aliter haberi hostia. ¶ Et notandum ꝙ in partibus andegauie et pictauie apparet aurora circa secūdā horā i solsticio estiuali. Et circa sextā post mediam noctem in hyemali. licet non semper videatur propter nubium densitatem et lune claritatem. ⁊ si reperiatur in hoc defectus quarte partis vel medietatis hore: parum erit curandum. quia non est ita bonū horologium quod nō deficiat quādoqꝫ per quartam partem vel medietatem hore. Ex quo apparet ꝙ dies augetur vel diminuitur i tribus ebdomadis per horam. In mense cum dimidio per duas. In tribus mensibus per quattuor. In sex per octo. sumendo medietatē a parte principij dei/ et medietatem a parte finis. ¶ Utrum hymnus angelicus vel Credo debeat decātari: quando missa de beata virgine spiritu sancto/ vel cruce celebratur in profestis diebus? Respōsio secundum Raimundum. nō debet licet propria prefatio decantetur. extra de cele. missarū. Consilium. sed huic iuri in multis locis per cōtrariam consuetudinem derogatum est.

¶ Questio sexta.



Quia i p̄cedētibus fuit tactum de hereticis ⁊ scismaticꝭ ideo de ipis ac ceteris ifidelibꝫ aliqua breuiꝭ dicā?

¶ Hereticꝰ est ꝗ falsā de fide opinionē iuenit vel iuētā sequit: vel ꝗ male sentit de sacramentis ecclesie. extra. e. Ad abolendam vel circa veritatē sacre scripture ac etiam dubius in fide extra e. c. 1. Et intelligendum est de illo qui determinate in dubietate persistit: non de illo qui tentatur de fide cū dolore cordis. Ad rationem siquidem heretici duo concurrunt. Unum in ratione scilicet heresis initium: alterum in voluntate quod est heresis complemētum. Heresis eīn grece vt dicit ysidorus est electio latine. Non dicitur autem homo eligere falsam sententiam secūdum bonauēturam quādocūqꝫ opinatur aliquod falsū sed quādo falsum preoptat et pertinaciter credit et paratus est defendere Unde augustinus. 14. q. 5.

Qui sententiam suam quamuis peruersam nulla pertinaci animositate defendunt / corrigi parati. nequaquam sunt inter hereticos computandi. Dicitur quoque heresis superstitio a superstādo. Nam sicut in fide intellectus captiuatur:ita in errore inflatur. et eleuatur. Concordat thomas addens quod si quis errat i his ad que explicite credenda non tenetur non est hereticus. vt si quis putaret iacob esse patrem abrahe seu in his de quibus sunt opiniones inter doctores: donec per ecclesiā sit determiatū. Inquisitores hereticorum non debent se intromittere de diuinationibus seu sortilegijs. nisi manifeste saperent heresim. Extra eodem. Accusatus. libro sexto. Omnis hereticus est excommunicatus ipso iure. extra. e. Ad abolēdam et omi dignitate est spoliandus etiam si papa vel imperator. Et si clericus sit debet degradari et potestati seculari relinqui animaduersione debita puniēdus scilicet crematione: nisi cōtinuo ad fidem velit reuerti et errorem suum abiurare. extra. e. Excommunicatus. Potest autem cum redeuntibus a heresi dispensari vt etiam ad superiores dignitates pmoueri possint. 23. q. 4. Ipsa pietas. Tam episcopus quam inquisitor vnus sine alio potest citare capere ac carceri tradere non tamen ad sententiam proferendam potest vnus sine alio procedere: potest tamē alter alteri cōmittere vices suas. vel per litteras suum consilium seu assensum exprimere. extra. e. multorum. in cle. Qui in vna specie heresis commisit et postea heresim simpliciter siue generaliter abiurat: si extunc in aliam speciē cōmittit. oportet vt relapsus in heresi iudicari extra. e. lib. 6. Accusatus. Non sic si abiurasset tantum in vno articulo et postea laberetur in alio. secundum iohānem andree. Qui in abiuratam heresim reincidunt: iudicio seculari sunt relinquēdi sine vlla penitus audientia. tamen si penitētie signa in eis appareant sacramenta penitentie et eucharistie non sunt denegando. extra. e. super eodem lib. 6. ❡ Scisma est ab vnitate fidei seu ecclesie illicitus discessus: et dr a scissura que per ipsum fit. Scisma et heresis differunt secundum raymundū quia heresis in principio sui habet peruersum fidei dogma quod non habet scisma. sed in fine cōfingit aliquam heresim vt recte videatur ab ecclesia recessisse. vnde talis est differentia qualis inter dispositionem et habitum primo enim dicitur scisma: sed cum postea pertinaciter inhesit sue secte. asserens non esse obediendum romane ecclesie est heresis. quia peccat i illo articulo sanctam ecclesiam catholicam. vel talis est differentia qualis inter genus et speciem: quia ois hereticus est scismaticus sed nō ecōuerso. Necesse est hereses esse secundum apl'm. i. vtile ad veritatis declarationem et excutiendum pigritiā illorum qui se exercent in diuina scriptura et ad probationem fidelium possessiones et bona iudeorum siue infi-

q. 2. Scisma.

delium ad fidem conuersorum non debent ab eis excludi secundum raymundum. extra de iudeis. Judei. Nisi sint vsuraria vel de vsura empta. quia tunc sunt vendenda et restituenda illis a quibus sunt accepta vel heredibus eorum Q; si nõ inueniuntur: poterunt sic ɔuersis tanꝙ pauperib' per episcopum assignari. Judei qui attẽtant subuertere baptizatos debent publicis flagellationibus deputari. 28. q. 1. Sepe. Licet iudei i suis ritibus peccent. tolerãtur tamen propter bonum inde proueniens scilicet testimonium nostre fidei sancte que olim in ipsis figurabatur. vnde pagani non possunt dicere prophetias veteris testamenti a nobis esse confectas.

§.3. ¶ Saraceni non ab agar ancilla abrahe de qua orti sũt voluerũt se noiare: sed potius a sara vxore libera se saracenos appellauerũt Simplices et infirmi secũdum thomã sunt prohibendi cum infidelibus cõuersari: nisi necessitas compellat. Non sic de firmis in fide. ex quorum communicatione cũ infidelibus speratur eorum cõuersio: et hoc loquendo de infidelibus qui fidem non susceperunt vt sunt iudei et pagani cum quibus ecclesia non interdicit communicationem: quia non habet de illis iudicare iudicio spũali. Non sic de hereticis qui sunt excommunicati. Periculosum est etiã vt dicit idem publice disputare de fide corã simplicib' quorũ fides ẽ ex hoc infirmior / qz nichil diuersũ audierũt. et ideo nõ

§.4 ɔpetit eis vt audiãt verba infidelium disputantium contra fidẽ. Si tamen essent solicitati ab infidelibus nitẽtibus in eis fidẽ corrũpere: tũc necesse esset publice disputare vt simplices in fide firmentur / et tollatur infidelibus decipiendi facultas. Corã quosꝙ firmis i fide. nullũ est periculum disputare. Est aũt laudabile disputare ad exercitiũ vel ad confutandum errores. Si vero aliquis disputat tãꝙ de fide dubius et experiri volens veritatẽ tunc peccat tanꝙ infidelis. hec thomas in secũda secũde. Christiani sponte venerantes illum perfidum machometũ quem cõstat fuisse hereticum sũt apostate censendi et p ɔñs excõicati. q̃ vero propter metũ hoc tñ verbo ɔtestãtur sed in corde nullo modo deuiãt a fide non sunt ɔprie apostate nec excõmunicati. peccãt tamẽ mortaliter quãtũcũqȝ metus fuerit magnus. vt dicit Alexander in secundo.

Circa distinctionẽ. 14. queritur. ꝙ pñia necessario requiratur ad deletionem peccati mortalis post baptismum cõmissi. d.14. q̃.1. §.1. ¶ Q; nõ. qz homo offẽsus potest remittere offensam absqȝ hoc ꝙ offendẽs peniteat. ergo multomagis deus qui est summe misericors. ¶ Contra. Luce. 13. Nisi penitentiã egeritis: oẽs simul peribitis. §.2. ¶ In hac q̃stione dicit scotus ꝙ transeunte actu peccati petõis vsqȝ ad penitẽtiam dr reus et peccator non ratione habitus viciosi derelicti ex actibus pcti. qz talis habit' potest stare cuz iustificato sicut

patet in subito puerso q in principio pronus est ad sequendum inclinationem habitus viciosi quousque pugnando contra inclinationem acquirat sibi habitum contrarium. Sed pctor dr reus/ qr est obligatus ad penam correspondentem pcto ad quod ordinatur ex voluntate diuina et preuidetur ab intellectu quousque pena sit soluta. Istud probatur per aug. sup illo psalmiste. Beati quorum remisse sunt iniquitates/ videre inquit pcta deo est ad penam reputare/ auertere autem faciem a peccatis: hoc est ei ad penam non reseruare. Ita ergo dicit pcta ab eo tecta non vt deus non videat: sed vt nolit animaduertere. i. punire. ergo ipm remanere in reatu post actum transeuntem: nichil aliud est nisi ipm ordinari a voluntate diuina ad penam condignam illi pcto. Obiectum autem intellectus vel voluntatis vt intellectum vel volitum non hz nisi relationem rationis/ et sic in ipso pctore ponitur relatio rois vt obiecti ordinati ad talem penam. hec autem ordinatio dicitur macula inquantum est disconuenienis ipsi anime. et dicitur reatus inquantum est obligatio ad penam et dr offensa: vt actus voluntatis diuine vindicare volentis. offendi ei vel irasci i deo nichil aliud est quam velle vindicare. Et lz communiter
2. dicatur deus figuratiue iratus qr se habet ad modum hois irati pctores puniendo: tn accipiendo irasci pro velle vindicare vel punire exclusa passione concomitante illud velle deus formaliter est irat⁹ vel offensus. qr formaliter est volens vindicare pctm commissum contra legem suam. Item notandum q licet punire vel vindicare vt vindicans satietur in pena puniti et eius malo quiescendo sit crudelitatis: cum tamen punitio ordinatur ad bonum coe non est crudelitatis sed iusticie. Siquidem deus non delectatur in penis nostris ea ratione qua pene: lz ea ratione qua curantes et ordinantes culpam nostram et honorantes diuinam iusticiam bene delectetur in eis. ¶ Notandum insup q lz pena scdm boeciu sit ordinatiua culpe ita q non potest relinqui i vniuerso aliqua culpa cui non corrndeat pena ordinatiua: et simpliciter melius est peccatorem non correctum esse in pena quam sine pena quia in primo est aliquid boni scz correspondentia iusta pene ad culpam/ sed in secundo eet tm malicia scz culpa et impunita. Non tamen culpa seu obligatio pdicta deletur vel remittitur per qualibet penam sicut patet de pena damnatorum qui contra deum murmurant sed deletur per penam voluntariam. Ita enim nsi c videmus i offensis humanis q pena vel displicentia voluntaria placat offensum: et sic ad delectionem peccati commissi requiritur pena seu punitio voluntaria cuiusmodi est dolor de pcto commisso. qui dolor causatur a voluntate imperante intellectui vt consideret pctm esse offensiuum summe maiestatis et bonitatis diuine sup oia diligende. Deinde voluntas q scdm aug. imperat sibi et aliis imperat sibi detestationem pcti mediante consideratione itellect⁹ ad qd sequitur

dolor de pctō cōmisso. Ista aūt pena voluntaria designatur nomine pñie. ¶ Penitere enim est penā tenere scđz ethimologiam noīs ⁊ hoc pōt esse quadrupliciꝛ primo per voluntatē que sibi et aliis imperat scđm aug. imperādo intellectui vt cōsideret pctm̄ esse offensiuum summe maiestatis ⁊ bonitatis diuine que est supꝛ oīa diligenda. et imperando voluntati eius nolitionem seu detestationem ꝑpter tristiciā causādam: lz qñqꝫ ipsa tristicia non sequaꝛ. ¶ Secundo detestādo vel odiēdo aut nolēdo pctm̄ a se cōmissū seu displicentiā de ipso hñdo ⁊ hoc in particulari sub ꝓpria ratione vel in gñali simꝛ de quocunqꝫ pctō a se cōmisso. Et etiā loquēdo de displicētia formali vel virtuali. Et est displicētia virtualis quicunqꝫ actus voluntarius virtuali includens illam displicentiā sicut quodāmō causa includit effectū lz effectus nō sequatur in se vt est act⁹ dilectionis diuine ad quē nata est sequi talis displicentia. ¶ Tertio penā inflictā pnīa tristiciā gratāter acceptādo: et talis cōplacentia tristicie est actus voluntatis hñtis tristiciā ꝓ obiecto volito ad quod sequitur passio gaudij gaudendo scꝫ de ipsa tristicia sicut dicit augū. peccator de peccato doleat ⁊ de dolore gaudeat. ¶ Quarto penam sibi ꝓ pctō inflictam patienter sufferendo: et sic penam tenere est penam non abijcere remurmurando. Vñ sustinere est sub actione infligētis se illi confor̄mādo tenere et hoc est minus q̄ tertiū vt pꝫ. Potest autē sumi pena pro tristicia que est in parte intellectiua ⁊ que primo et propie est pena. et secundum aug. 14. de tri. est dissentio aīe ab his que nobis nolētibus accidunt: vel pro aliquo disconuenienti in parte sensitiua. Causatur itaqꝫ passio tristicie. a duobus primis actibus penitēdi: et supponitur a duobus vltimis. Ex predictis patet solutio q̄stionis ꝺ delicet qꝛ ad deletionē peccati mortalis post baptismū cōmissi requiriꝛ pnīa: qꝛ ad deletionem pctī requiriꝛ punitio voluntaria vt dictū est. penitētia aūt ē hmōi vt pꝫ ex predictis. ergo ⁊c. Et intelligitur hoc de penitētia actuali. i. de actu penitiuo pctī scđm aliquem predictorum modorum: sūt enim precepta de actib⁹ virtutū. ¶ Intelligiꝛ etiā conclusio de requiri nō simpliciter necessario cuius oppm̄ includat contradictionem quia posset deus de potētia absoluta remittere: sine omni actu illius cui remittit. posset etiam remittere per aliquem motum feruentem dilectionis in deum vt pote in actu feruoris ad martyrium statim suscipiendum: vbi forte non esset cogitatio de aliquo peccato commisso: nec per consequēs aliquod penitere predictum formaliter licet vertualiter in illo motu esset penitere in secunda significatione. Istud probatur: quia nullus excluditur a regno celorum quia facit illud quod simpliciter est necessarium: sed possibile est aliquem vsqꝫ ad instans . a. existentem in peccato mortali necessitati ab instanti.

a. ad insistendum toto corde circa actus distrahentes a cogitatione de peccato commisso. vt si statim exponatur artissimo martyrio. Intelligitur itaque cõclusio de deletione peccati secundum regulas determinatas a sapientia diuina. Quarum vna est q̃ peccatum nõ deletur sine displicentia de ipso que est multũ rationabilis. q: sicut pctm̃ auertit a fine et cõuertit ad creaturã: ita rationabile est q̃ nõ deleatur nisi per modum dispositiuũ auertentem a creatura vt circa illam fuit peccatum et conuertentem ad deum. ¶ Ad hoc autẽ quod est displicere de peccato cõmisso: possunt reduci alia tria membra eius quod est penitere ¶ Argumentum autem in oppositum procedit de potentia dei absoluta. ¶ Richardus concordãs predictis dicit q̃ ad deletionem peccati de lege communi requiritur actus penitendi in quo principalior pars satisfactionis consistit. Ex priuilegio tamen speciali potest deus aliter facere. ¶ Et si arguas per anselmum in libro. Cur deus. Si peccatum non punitur / inordinatum dimittitur. sed deus nichil potest inordinatum dimittere: ergo nec remittere peccatum sine aliqua satisfactione. ¶ Rñdet q̃ aliquid facere ex priuilegio speciali et raro / iusto ordini non derogat: qd̃ tamen communiter factum derogaret. Unde si quandoque rex vt ostẽdat plenitudinem sue potentie et benignitatem misericordie parcit homini scelerato: nõ derogat iusto regimini regni sui / immo confert. Ex hoc ei plus timetur et diligitur. Sic si deus aliquando dimitteret peccatũ alicui sine satisfactione: nullã iniusticiã faceret. quia sicut dicit anselmus prosologion. 4. Cum punis malos iustum est: quia illorum meritis congruit. cum vero parcis malis iustum est nõ quia illorum meritis: sed tue bonitati condecens est. Sic etiam faciendo non relinqueret deus peccatum totaliter impunitum: q: christus passus est non tantum pro peccato originali: sed etiam pro peccatis hominum actualibus preteritis et sequentibus.

¶ Sequitur questio secũda.

Ecũdo q̃ro. Utrũ p sacrm̃ penitẽtie deleat culpa ¶ Q' nõ In psalmo dr̃: Dixi ɔfitebor iniusticiã meã dño: et tu remisisti impietatẽ peccati mei Cassiodorus ibi in glosa Magna pietas dei q̃ ad solam promissionem peccatum dimittit. Uotum enim pro operatione iudicatur. ¶ Preterea aug. super illd̃ ioh. 12. de suscitatione lazari. Nemo potest confiteri nisi iustificatus quod probatur. q: lazarus prius est suscitatus q̃ a vinculis solutus. ¶ Oppositũ. Joh. 20. Quorum remiseritis pctã remittunt eis. ¶ In ista questione prio aliqua premittam. deinde respondebo ad questionẽ ¶ Quãtum ad primum sciendum q̃ penitentia potest sumi dupliciter. s. pro penitentia virtute / vel pro penitentia sacramento. Penitentia virtus est habitus generatus in

voluntate ex frequentibus actibus penitendi sumendo penitere primo mō scd̄m scd̄o.inclinans volūtatem ad eliciendum consimiles actus.hoc est a velle ipératiuū punitionis pcti.Non est aūt penitentia virtus theologica:cū non habeat deū pro obiecto sed malum vindicabile seu reum in quem est vindicandum sed est virtus moralis contenta sub iusticia punitiua.Nec obstat ꝙ iusticia ordinat ad alterū penitens aūt in actu penitendi ordinatur ad seipsum:qꝛ nō exercet actum illum in seipsū nisi vt alterum qꝛ non exercet nisi inq̄ꝫtum minister cui committit a legislatore in reū vindicare.Accidit autē ꝙ iste cui cōmittitur vt ministro iudicis sit ipse reus:qꝛ eodēmodo exercet minister i reū secūdū rectā rōnē ac si esset aliꝰ in persona.Potest quoqꝫ voluntas imperare actū vindicatiuū peccati mediante habitu pctiuo vt causa proxima/ꝛ mediante habitu caritatis vt cā remota.Potest ei vti hītu caritatis ad actū cuiuslibet virtutis.¶ Penitentia aūt sacrm̄ est absolutio hois penitentis facta certis v̄bis cū debita intentione prolatis a sacerdote iurisdictionem habente significantibus ex institutiōe diuina absolutionē aic a pctō vel a pctis.Dicitur aūt absolutio.i quedā sententia diffinitiua absoluens reum quequidē non est sententia iudicis principalis sed secundariꝫ siue commissariꝫ. Potest eni quis ex ꝯmissione cognoscere in cā et sententiare vel pro condēnatione rei vel pro absolutione scd̄m merita vel demerita eius.Cōgruit etiam ꝙ ista absolutio fiat a sacerdote.quia congruit extrema reduci ad extremū per mediū/ꝛ sic pctōres ꝛ deū per sacerdotē qui est ierarcha in ierarchia ecclesiastica. Congruit etiam ꝙ a iurisdictionem habente.qꝛ sententia a non suo iudice lata nulla est.Uñ sacramentum penitentie potest dici sacramentum iudiciale.In ecclesia enim duplex est forus.scilꝫ publicus ꝛ priuatus.siue duplex iudicium.Et ex hoc apparet quare nō est necesse eē ita precisa verba in hoc sacramento sicut in baptismo vel eucharistia qꝛ sufficit vt exprimatur actus sntie absoluentis.sicut in iudicio publico non oportet esse limitata verba.Ait enim vnus de theodoro martyre.Iubeo ignibꝰ tradi.Alius de sancto cypryano. Gladio aiaduerti placet.Communiter tamen ista sunt verba apta.Ego absoluo te quecunqꝫ alia premittātur vel subsequantur scd̄m diuersam cōsuetudinē in diuersis ecclesijs.¶ Quātum ad secūdum articulū videtur eē opio magistri.di.18.ꝙ in soluēdis culpis vel retinēdis ita opatur sacerdos euangelicus sicut olim legalis i illis qui ꝯtaminati erant lepra q̄ pctm̄ significat. In leuitico eni leprosi se ostēdere sacerdotibꝰ iubentur:quos illi non faciunt leprosos vel mūdos.vt dicit hiero.ſꝫ discernunt qui mūdi vel imūdi sint:ita hic Sed istud nimis videtur derogare sacramento penitentie.Nā si per illud nunq̄ꝫ deletur pecca

[Margin, handwritten: penitētie; sacramentū penitētie diffinitio §.2; §.3.]

tum sed necesse est ipsum prius deleri per contritionẽ ad hoc vt digne recipiat sacrm pnie: tunc nunquam posset esse secũda tabula post naufragium. quia nunquam libe raret iã naufragiũ a periculo sub mersionis. prima siquidem ta bula dicitur nauis integra: qua fra cta naufragus periclitatur nisi ali cui tabule adhereat. que dicitur se cunda tabula Sic cadẽs in pctm mortale et in hoc passus naufra giũ spũale periclitatur: nisi ad hereat pñie. ¶ Dicendum ergo aliter scdm sco. quod pctor ex natu ralibus ex cõmuni influẽtia dei potest considerare pctm cõmissũ vt dei offensiuũ et contra eius legem scz vt a deo auersiuũ et im peditiuũ premij et inductiuum suplicij. et sub aliqua illarũ rõ num vel multis cõsideratum de testari: et iste motus potest con tinuari et intẽdi ante ĩfusionem gratie. Potest etiã ista detesta tio esse totaliter circũstantiona ta circunstantijs moralibus de bitis cuiusmodi sunt motus fi nis et hmõi. Iste autem motus dicitur attritio. et est dispositio siue meritũ de congruo ad dele tionem peccati mortalis: que cõ sequitur in vltimo instanti ali cuius temporis in quo a deo in fũditur gratia. Et si manet idẽ motus contra peccatum inesse nature et morum qui prius: idẽ motus qui fuit attritio fit con tritio quia formatus gratia, ita quod per attritionem qui est actus informis deletur culpa: vt per dispõem preuiam et per actum formatum qui dicitur contritio vt per actum concomittantem culpe deletionem. ¶ In eodem enim instanti tẽporis est deletio culpe et infusio gratie vel cari tatis. Si autem poneretur pec cator iustificari sine dispositiõe sufficiente de congruo ex par te eius: esset difficile saluare quod apud deum non sit acceptio per sonarum. Si autem deus requi rit illam dispositionem de con gruo ad hoc vt peccatori confe rat gratiam per sacramentum sicut enim adultus potest habere primam gratiam delentem ori ginale peccatum duplici via sci licet vel ex bono motu disponen te de congruo ad istaz gratiam vel ex susceptione baptismi. sic in proposito. Et hoc est maioris mie duplicem viam scilicet insti tuere per quam iustificetur pec cator: quam ipsũ ad vnã viã artare tũ etiã quia in susceptione gratie per sacrm nõ requiritur attritio que sit meritoria de congruo si cut in prima susceptione: sed suf ficit quod suscipiẽs sacrm nõ ponat obicẽ pcti mortalis in voluntate tunc actualiter existẽtis. et quod ha beat aliqualẽ attritionẽ seu di splicentiã de pctis cõmissis. cum proposito cauendi de futuro. et quod velit suscipere sacrm pnie si cut dispẽsatur in ecclesia, talis enim in vltimo instanti, plationis verborum recipit effectũ sacramen ti. s. gratiam penitentialẽ. et illa at tritio fit contritio nõ quidem ex merito: quia tunc dispõ illa nõ erat suf ficiens per modum meriti: sed ex pacto dei assistentis suo sacra mento ad effectũ illũ ad quẽ in stitutũ est. ¶ Ad primũ argumẽ tũ. concedo iuxta illã auctoritas

tem q frequenter dimittuntur pctā per aliquē motū attritiōis tanq per aliquā dispōez merito riam de congruo ante susceptio nem sacramenti penitentie. sz ex hoc nō sequitur qper sacramē tum non dimittātur. quia si illa dimissio qnq non assit: ista non deficit que minus requirit vt di ctū est. ¶ Ad scdz argumentum

§.6 dico q ante perceptionē dignā sacramentū penitentie oportet pctōrem suscitari vel simpliciter et tūc per sacramentum nō dele tur pctm/ sz gratia que ifuit au getur: vel suscitari scdm quid. s. vt habeat aliqualem displicē tiā de pctis cū proposito absti nendi vt dictū est. et tunc susci tatur simpliciter per sacramen tū et sic potest itelligi q lazarus prius suscitatur q a vinculis sol uatur. Potest etiam exponi q lazarus seu peccator p christuz suscitatus a culpa seu ab obliga tione pene eterne que cōmuta tur in temporalem virtute sacra menti relinquitur discipulis. i. sacerdotibus soluēdis a penis tpalibus quas habēt taxare par temq ipsarū possūt virtute cla nium relaxare. ¶ Ad aliud pro

§.7 opione magistri dico q in hoc est similitudo q sicut sacerdos legalis ostēdebat leprosos mū datos: sic sacerdos euāgelicus oñdit pctōres iustificatos sed ex hoc nō sequit q sacerdos euan gelicus non aliter se habeat ad leprosos spiritualiter q sacer dos legalis ad leprosos corpo raliter: q2uis enim ipsos nō mū det effectū sacramēti causando: mundat tn instrumentaliter sa cramentum ministrando. vbi aliquid facit ad qd scdm dispo sitionē vel pactionem diam rea liter sequit effectus sacramēti: qr sacrm pnie nō tm est signū mun dationis spūalis et iterioris: sz signū efficax. hec scd. Predictis cōcordātes tho. bonauē. et rich. dicūt per sacramētū pnie attri tionē plerūq fieri contritionem. §.8.

¶ Circa hanc distinctione nota dum vt dicit bonauen. q origo pnie virtutis dispositiua hoc or dine pcedit. Primo eni necesse est dei bonitatē et iusticiam co gnoscere cui displicet omne ma lū et inordinatio et ab illa offen ditur et nullo mō reliquit ipuni tū. Scdo necesse est cognoscere dei miam qua paratus est omni dei reuerēti et dolēti de culpa cōmis sa idulgere Ex prima cognitiōe generat timor. Ex secunda spes remissionis generatur. Et ex his voluntas sumit ppositum se do confederādi et satisfaciendi per gemitū et alias penas. et si inci piat facere quod in se est: dispo nitur ad iustificationē. et sic pnia timore seruili concipitur: quod est donum gratie gratis date.

¶ Itē notandū scdz rich. q licet §.9. nō possit hō certus esse de remis sione pcti certitudie scie: potest tamē habere certitudinē pbabi lis piecture: tūc aūt est probabi lis cōiectura qn hō fecit quod i se est dolēdo/ cōfitēdo/ satisfaci endo: et ppositū cauendi haben §.10 do ¶ Notādū insup q lz hō ha beat hmōi certitudinē de remis sione pcti: tenet tn illud detesta ri quādo de ipso ex deliberatio ne recogitat. Non eni fideliter

seruat reparatum fedus diuine amicite cui actu non displicet quando hoc deliberat/illud qđ inter ipsum et deum fuit causa inimicite. vnde de peni. distin. 3 §.1. dicitur de peccatore ꝙ semper doleat et de dolore gaudeat Concordat thomas. Et si argu as per illud ad. R. diligentibus deum omnia cooperantur in bonum etiam peccata vt dicit glosa. Respondet ꝙ mala non sunt causa bonorum sequentium sed magis impedimenta: et ideo de ipsis non est gaudendum: sed de diuina prouidentia ex malis bona eliciente. Bonauentura vero cõcordans dicit ꝙ lʒ cõtritio sit sẽp nccĩa rõne displicentie pcti saltẽ in habitu: nõ tñ rõne gemitus vel doloris sẽsibilis habetq; ipsa displicentia frequẽter magnã letitiã cõiũctã: dũ ꝯsiderat i se liberationem plenã.
§.11 ¶ Item notãdum ꝙ actus contritionis põt esse ita intẽsꝰ ꝙ penitẽs meretur remissionẽ totiꝰ pene pctõ debite. ita ꝙ si post completum motũ illius cõtritionis decederet nullã penã i purgatorio sustineret sicut pʒ de latrõe cui dixit dñs/ hodie mecũ eris i paradiso. Post tñ ꝗtumcunq; ꝯtricionem nccĩa est confessio si facultas affuerit ꝑpter obligationeʒ precepti. vñ actꝰ penitẽdi pctm̃ non remittit: nisi sit cuʒ ꝓposito cõfitẽdi.
§.12 ¶ Sciẽdũ vlteriꝰ ꝙ bona opa q̃ fiũt ex radice caritatis dñr viua. ꝑpter hec eni operans remunerãdꝰ ẽ i vita eterna hec tñ ꝯsequẽs pctm̃ mortale mortificantur qꝛ cũ pctõ mortali nõ põt hõ in vita eterna remunerari. amoto ṽo peccati obstaculo per pñiam reuiuiscũt. Opa vero fctã i pctõ mortali mortua dñr: qꝛ nõ ꝓcesserunt ex radice spũalis vite et ideo nũq; viuificantur nec ex his remuneratur homo in vita eterna/ sũt tñ quedã dispositio ad gratiam ex liberalitate diuina: homo autẽ ex his tpaliter remuneratur.
¶ Itẽ sciẽdũ ꝙ deus nõ negat homini miam quã ꝑcipit ab hoĩe hoĩ impendi sed vt habetur. Mathei. xviij. Deus vult ꝙ homo parcat hoĩ quotienscũq; in ipm peccauerit ergo deus parcit homini quotienscunq; penituerit. Unde dicit augustinus pmo retractationũ ꝙ de quocũq; pessimo in hac vita cõstituto non est desperandum. Ad hoc est exemplum dauid cuius deus acceptauit prio penitentiam pro homicidio vrie deinde pro numeratione populi. Et si arguas per illud qđ habetur ad hebreos. 6. Impossibile est eos qui semel illuminati sũt et iteꝝ ꝓlapsi sunt rursus renouari ad pñiam. Rñdeo illud intelligitur de renouatiõe baptismi que est initerabilis. Uñ glosa ibidem dicit. Impossibile est eos qui hoc sacramentũ accepe rũt motos ad pñiam rursus renouari. i. rebaptizari. vł dicitur impossibile. i. difficile. et loquit de perfidis qui difficulter resurgunt. ¶ Itẽ sciẽdũ ꝙ est quedã pñia secreta que fit in secreto. §.14.
Alia ṽo publica q̃ fit i publico
Alia solẽnis q̃ nõ iterat ⁊ imponitur ab epõ i capite. 40. vt habet di. 50. Illi eni ꝑdictã pñiam suscipiunt se debẽt tunc presen-

Triplex penitentia .5.

stare e\~po ciuitatis ante fores ecclesie sacco induti / nudis pedibus: et ipsis in eccl\~ia itroductis debet ep\~us prostratus pro ipsis septē psalmos penitentiales decātare ac ipsos de eccl\~ia eijcere sicut adā fuit de paradiso elect⁹ nec admittuntur vsqȝ ad diem cene / nec tunc etiā cōiacāt. Ois aūt penitētia solēnis ē publica sed non econuerso solēnis enim nō debet imponi nisi pro horrendo et vulgatissimo crimine quod totā cōmouit vrbē seu locū. 26. q. 6. ca. vltimo. cuiusmodi ē homicidum publicū. scdm autem rod. de cōsuetudine quarūdam eccl\~iarum imponit patrib⁹ et matrib⁹ per quorum incuriā manifestā eorum paruuli perierūt. nec ē iponenda clericis nisi sint depositi huiusmodi etiam penitētes ad clerū admitti prohibentur Non est etiā imponenda personis insignibus nec religiosis ppter statu dignitatē: nec est etiā facili ter iuuenibus imponēda ppter etatis fragilitatem. scdm rich. Personis vero alijs a predictis tam viris q̄ mulieribus potest imponi: non est tn̄ in vsu in quibusdā ep\~atibus. ¶ Q2 vero in p̄cedentibus fuit tactū de timore sciendum q triplex timor assignatur scȝ seruilis / initialis / et filialis. Timor seruilis principaliter aspicit ad penam. De quo dicit aug⁹. q preparet locum caritati. Cū aūt venerit caritas pellitur timor. qd̄ est intelligendū vt dicit bonauen. q̄tum ad hoc quod est principaliter timere penam: et q̄tum ad malam voluntatem annexam. Timor vo initia

tri-plex ti-mor. §.15

lis vnū oculū habet ad penam: sed tn̄ p̄ncipalē habet ad offēsā vitādā. Timor vero filialis vnū oculum habet respectu offense vitande refugiendo ne separetur a deo alium autem respectu reuerentie exhibente / et hic remanet in beatis q̄tū ad scd̄m ac tū qui sēper deū reuerent resiliēdo a summa maiestate in propriam paruitatem. Et de hoc dicit psalmista. Timor domini sāctus permanet in seculū seculi.

Circa disti. 15 Quero d.15. Utrū possibile sit homini satisfacere de pctō: deo quem offēdit ? ¶ Pro rn̄siōe secundum scotū primo aliqua premittam: scd̄o ad questionem respondebo. ¶ Quantū ad primum sciendum q satisfactio potest sumi dupl\~r / scȝ ppue et large Satisfactio proprie sumpta cōtinetur sub satisfactione large sumpta. Est aūt opatio exterior laboriosa volūtarie assūpta ad puniendum pct\~m a se cōmissum seu pena volūtarie tollerata ad placandum diuinam offensā. et cōsistit in ieiunijs / elemosinis / orationibus / vl' passionibus ipa concomitantibus / que correspōdent tribus generibus peccatorum. de quibus. Joh. in canonica Omne quod est in mūdo aut est concupiscētia carnis / aut cōcupiscētia oculorum / aut superbia vite. Jeiunium correspōdet concupiscētie carnis elemosina concupiscētie oculorū seu auaricie. oratio vero que humiliat spiritum deo: correspondet superbie vite ac alijs peccatis spiritu

q.1. §.1.

alibus. Sub ieiunio autem cõprehenditur quicũq; labor fatigans: vt vigilie / peregrinationes/discaltiatio / et huiusmodi Ista autem correspondétia est de congruo et in generali: non autem de necessario nec in casibus specialib9. puta pauperi q furatus est non competit largiri elemosynam: quia non habet
§.2. vnde faciat. ¶ Requiritur igitur discretio sacerdotis: vt non imponat alicui penam nimis disconuenientem sibi sed illã que magis conuenit: et quã forte melius adimplebit vt pote pauper nec elemosynas dare potest nec orare nec ieiunare: quia oportet eum cõtinue laborare pro victu suo necessario. Unde ipse labor continuus est sibi continuum ieiunium quia continus maceratio carnis. Inducendus est igitur vt illum laborem subeat in remissionem peccatorum suorum: illum ad hũc finem referendo: saltem quousq; occurrat sibi opportunitas soluendi aliquam aliam satisfactionẽ: et aliqua alia possunt temperate et diminute ei imponi vt sũt sibi possibilia. Cõsimiliter diues qui lapsus est in peccatum carnis si sit a deo delicatus q nolit ieiunare nec aliquã macerationẽ notabilẽ subire vel presũptio est q si sibi imponeret cito abijceret et ita peccaret nouo petõ: idueẽdus est ad orõnem et elemosinam et illud sibi imponendã quod libentius recipit et quod creditur perseuerãtius adimplere. vel si omnino
Nõ. nullam pñiam velit recipere a sacerdote impositam / tamen dicit se displicẽtiam habere de peccato cõmisso et firmũ propositũ non recidiuandi: absoluendus est et non remittendus ne cadat in desperationẽ / et nũciãda est illi pena que esset pro petis illis imponenda. et q eã in se vel in equiualenti absq; impositione studeat adimplere alioquin soluet ad plenũ in purgatorio. Hec mia satis cõsonat illi prophetie de xpo quam recitat matheus. Arũdinẽ cassatã nõ confringet: et lignũ fumigãs nõ extinguet. Arũdo cassata est fractus tẽtationibus et petis: et lignum fumigãs quod est nimis humidum est peccator totus i peccatis humectat9: aliquid tamẽ retinens de igne caritatis. hec extinguit si per duriciam sacerdotis ad aliquid nimis difficile obligatur. sed nõ extinguitur si predicatur ei q oportet eum hic vel alibi penam soluere: et studeat soluere tantam quãta debetur pro peccatis vel alibi acriter exigetur. ¶ Satisfactio autẽ large sũpta §.3. consistit non solum in operatione vel passione exteriori sed etiã interiori. Est enim redditio voluntaria equiualentis alias indebiti. et dicitur volũtaria: quia si esset inuoluntaria non esset satisfactio sed satispassio. sicut ille a quo inuito in inferno exigitur pena debita culpe commisse satispatitur sed non satisfacit. Reperitur autem ista ratio satisfactiõis in actibus liberalibus volũtatis vt dilectus diligẽti satisfaciat recõpensando dilectionem equalem. Reperitur etiam in actibus quodãmodo necessa

rijs scilicet ɔtractiōibus vbi est quedam obligatio quasi necītis ad reddendum surgēs ex pacto partiū. Silr cū culpa facit delinquentem debitorem eī in quem peccat: pōt ista ratio satisfactionis iueniri vt scʒ reddat equiualens ꝛ alias sibi indebitū q̄tū sibi abstulit per pctm̄. ¶ Satisfactio aūt i isto itellectu mag' ɔsistit i actib' penalib' vl' passionib' volūtarijs q̄ i alijs actib' bonis nō penalib'. licet quandoq₃ posset per aliquē actū bonū nō penalem satisfieri. q: potest de' actū magnū caritatis acceptare ꝓ punitione debita pctō. Isti aūt actus penales reducunt ad actū interiorem displicentie vel passionē tristicie: et ad actū ɔfitendi pctm̄ ꝓpriū qđ ē valde penale vl' ad passionē ɔcomitantē s. ad verecūdia / ꝛ actū exteriorē pertinentem ad satisfactionem proprie sumptam scilicet ieiunium / elemosinam / et orationem.
§. 4 Rño ad q̄ Et hoc de prio articulo. ¶ Quātum ad secundū dico q̄ licet debeamus dēo quicquid sumus ꝛ possum': quia quicquid possumus ei impendere est sibi debitum ratione creationis. redemptionis ꝛ gubernationis. Ex maxima tamē misericordia sua cōsiderans fragilitatem nostram et difficultatem ad bonum: noluit nos regulariter obligare nisi ad decalogum: et sic per opera supererogationis que alias essent idebita potest homo deo satisfacere de pctō mediāte merito passiōis christi. Deus enim de potentia ordinata non disposuit alicui dare primā gratiam sine qua non potest esse satisfactio nisi in virtute meriti illius qui erat sine peccato. quia nō disposuit sibi reconsiliare inimicū nisi per obsequiū mag' sibi gratum q̄ offensa eius erat sibi displicens. huiusmodi obsequium est passio christi vel meritū eius cuius ṽtute honor deo debitus redditur qui ꝑ peccatum aufertur. De potentia autem dei absoluta posset laps' noster aliter sanari. quia vt dicit augustin'. 13. de trinita. Fuit alius modus nostre redemptionis possibilis: sed nullus nostre miserie sanande conuenientior. Licet autem deus modo predicto possit placari: impossibile tñ est aliquem manentē in aliquo peccato mortali reconsiliari deo. quia vt dicit augu. de vera et falsa pnia. Impiū ē a deo dimidiā sꝑare veniā. vñ penitentem de vno pctō mortale necē ē penitere de alijs saltē i hitu. vt. s. cogitās de vno sit prōptus ad satisfaciendū de alio si illud cogitaret. Et hoc accipiendo penitere aliquo quatuor modoꝝ predictorū. Cū eni nō deleatur pctm̄ sine dina grā: si deleretur vnū pctm̄ sn̄ alio: idē homo esset simul amic' dei ꝛ inimicus ¶ Sʒ hic oritur dubiū de illo qui vere penitet cui iponit a sacerdote aliqua pñia. puta elemosyna vl' ieiuniū et ante ei' cōplemētū recidiuat i pctm̄ mortale: an talis pnia expleta i mortali sit satisfactoria. hic est duplex opio ¶ Quidā dicūt q̄ nō. quia cū talis sit inimicus dei nō pt' eū placare. Sed ista sñia scdʒ sco. videtur nimis dura cōtra pctō- §. 5.

res et maior occasio obstiationis Si enim iste hodie vere penitens et humiliter recipiens satisfactionem puta ieiunium trium dierum cras recidivet in peccatum mortale et de illo non penitens tertio die ieiunat quod sibi positum est: si dicas quod illud ieiunium tertie diei non est aliqua satisfactio exterior: est occasio inducendi ipsum ut non ieiunet. et per consequens ad novum peccatum mortale. quia tunc transgrediendo illam penitentiam a sacerdote receptam videtur esse peccatum mortale cum sit transgressio precepti ecclesie et vicarii dei in illo actu. Dicitur igitur et sine preiudicio quod qui vere penitet et recipit satisfactionem vel penitentiam sibi impositam ab ecclesia claue non errante quantumcunque postea recidivet nunquam tenebitur nisi ad illam unicam satisfactionem adimplendam. et si eam in caritate adimpleat. non tantum soluit penam sed etiam meretur sed si adimpleat eam voluntarie extra caritatem: soluit penam sed non meretur gratiam vel gloriam. unde est ibi satisfactio quia voluntaria redditio sed non placans nec reconsilians. Ex quo sequitur quod si magnam partem satisfactionis sibi imposite impleat in peccato mortali et post iterum penitet de peccato novo: non est iterato sibi imponenda satisfactio pro primo peccato pro quo satisfecit licet extra caritatem: sed tantum de novis peccatis que fuerunt causa quare illa satisfactio fuit mortua. ¶ Et si arguas Mortua etc. ergo non est satisfactio. non sequitur nisi quod non est satisfactio placans nec reconsilians in amicitiam.

Exemplum patet in actibus humanis. Si enim alicui offense in regem correspondeat precise secundum legem abscisio manus et sibi etiam inuitio abscindatur: sufficit regi nec alia pena exigitur ab eo secundum iusticiam: licet non recipiatur in amicitiam vel gratiam regis. Multomagis ergo posset pro punitione culpe sufficere si aliquis penam sibi debitam infligeret licet non esset in gratia illius iudicis offensi sic in proposito. Unde si talis propter novum peccatum in quod recidivavit damnaretur antequam complesset totam penam sibi impositam puniretur in inferno temporaliter pena correspondente illi pene que non fuit hic soluta. et illa soluta post tempus aliquod non puniretur amplius illa pena. sicut de veniali dicetur inferius Ex quo ei secundum plenam iusticiam punitivam semel imposita est isti pena temporalis pro peccato de quo vere penituit: nunquam sibi pro illo peccato debetur nisi pena temporalis / et illa soluta nulla. ¶ Ulterius dubitatur an flagella quibus a deo punimur in hac vita sint satisfactoria. Respondeo quod non sunt satisfactoria illis qui in ipsis contra deum murmurant: sed ea pro suorum purgatione peccatorum patienter acceptantibus. Unde greg. Sicut in eodem igne aurum rutilat et palea fumat: ita etiam eisdem flagellis et boni purgantur et mali magis per impatientiam inficiuntur. Et secundum hoc potest intelligi quod dicitur. Naum. i. Non iudicabit bis deus in idipsum. et intelligitur de iudicio sufficienti. super quod dicit hieronimus. quod deus genus humanum diluuio. sodomitas igne egyptios mari. israelitas in he

remo perdidit. scitote illos ideo temporaliter punisse: ne ineternum puniret. quia non iudicat deus bis inidipsum. hoc autem intelligendum est de illis qui inter ipsa flagella penituerunt. vt dicit magister in littera.

¶ Quid sit elemosyna.

§. 7
Uia elemosyna est pars satisfactionis: de ipsa sunt aliqua dubia breuiter mouenda. Et primo quero. Utrum dare elemosynam sit actus virtutis? ¶ Rñdeo q dare elemosynam sub circunstantiis debitis est actus virtutis mie. vel vt principii scilicet cum elicitur a virtute. vl' vt termini scilicet cũ datur a non habẽte habitum virtutis. disponente se tamen per hoc ad ṽtutẽ. ¶ Sumitur autem mia dupliciter. Uno modo ꝑ tristicia de miseria aliena: et sic non est virtus sed passio. Alio modo pro habitu inclinante voluntatem ad subueniendum miserie indigentis propter deum. et sic est virtus. Elemosyna põt etiã sumi ꝑ re data vel ꝑ datione alicuius rei pauperi ꝑpter deum. et dicitur ab eleys qđ est miseria: quia per elemosynam subuenitur miserie proximi. ¶ Utrum dare elemosynã cadat sub ꝑcepto? ¶ Rñsio secũdum richardum q sic. et legis nature et diuine. Lex enim naturalis precipit proximum vere diligere non tantum affectu sed etiam effectu. quia non est verus affectus nisi sequatur effectus si possibile est. q ergo indigentie fratris non subuenit: non veraciter ipsum diligit. quod volẽs innuere beatus iohãnes in prima canonica sua ait. Filioli non diligatis verbo neq lingua tantum: sed opere et veritate. Lex etiam diuina hoc precipit: qr vt habetur mathei. 25. Christus improperabit reprobis maxime defectus operum misericordie. ¶ Cũ autem sit preceptum affirmatiuum: obligat semper sed nõ pro semper/ sed pro loco et tempore §. 8. Considerãda est enim facultas habentis et miseria indigentis. Si enim homo habeat aliquid quod nõ sit necessarium sustentationi sue nature nec illorum quibus tenetur prouidere sicut sunt vxor. filii. serui et ancille. et sit tam notabilis necessitas seu indigẽtia ex parte illius cui dãdum est q iminẽant probabilia signa extreme necessitatis: tunc habẽs tenetur ex precepto subuenire indigẽti. Unde dicit ambrosius. Pasce fame morientem si nõ pauisti occidisti. ¶ Si etiã homo habeat aliquid superfluum quod non sit necessariũ nec substentationi nature. nec decẽte sui status: tenetur de illo facere elemosynam indigentibus etiam si non inuenirentur tales qui essent constituti in necessitate ꝑdicta. Et si plures occurrãt indigẽtes quibus omnibus subuenire non possit: tenetur ceteris paribus magis idigẽti subuenire. licet eni bona superflua que habent diuites sint eis propria quantum ad auctoritatem administrandi: sunt tamen pauperum necessitatem patientium

quantum ad vsum. Unde con-
tra illos qui de superfluo modis
p̄dictis nolunt indigentibus sub-
uenire. dicit ambrosius. 47. di.
Sicut Esurientiũ panis est quē
tu detines. Nudorum vestimen-
tum est quod tu recludis. Mise-
rorũ redemptio pecunia quā tu
in terra defodis. Neq3 enim min9
est criminis q̃ habenti tollere:
cum possis et abũdas indigenti-
§. 9. bus denegare. ¶ Reducit autē
hoc preceptũ ad p̄ceptum de ho-
noratione parentũ: sub quo con-
prehēduntur precepta affirma-
tiua de operibus pietatis. Et sic
non dans elemosynā in casibus
supradictis mortaliter peccat.
Alias autem dare elemosynam
est consilium non preceptum.
Concordat delyra prime iohan-
nis. 3. capi. exponens illud. Qui
viderit fratrem suum necessita-
tem patientem ⁊ clauserit visce-
ra misericordie sue ab illo / quo-
modo caritas dei est in illo quā-
do ex eius defectu pauper perit.
¶ De hoc dicit alexāder i tertio
q̃ sicut subtrahens elemosynā
pauperi facit contra illud prece-
ptum. Non occides: sic non suc-
currentes pauperibus necessita-
tem patientibus licet non sit ex-
trema necessitas. faciunt cōtra
illud preceptum. Nō furtũ faci-
es. vnde fures et raptores sunt
iudicandi iuxta distin. ⁊ auctori-
tates suprapositas. hoc aũt est
verum scd'm tho. in. 2. 2. q. 17.
quando non apparet in prōptu
quomodo possit ei aliter subue-
niri. vel per se vel per personam
magis coniunctā vel maiorem
facultatem habentem. ¶ Que

elemosyne sũt meliores? ¶ Rñ-
scd'm tho. in. 2. 2. q̄ quedam ele- §. 10
mosyne sunt corporales. s. septē
opera misericordie puta visita-
re infirmos. potare sitientes. ci-
bare esurientes: redimere capti-
uos. tegere nudos: recolligere
hospites ⁊ sepelire mortuos. q̄
habētur per hunc versũ. Uisito.
poto. cibo. redimo. tego. colligo Uersus
condo. ¶ Sunt etiam alie septē
spirituales. scilicet docere igno-
rantem. consulere dubitātem.
corrigere peccantem. remittere
offensam. consolari tristem. por-
tare onerosos. et pro omnibus
exorare. Uñ vs9. Consule. casti- Uersus
ga. solare. remitte. fer ora. vbi p
consulere intelligitur consilium
et doctrina. Et quidem elemosy-
ne spirituales absolute loquen-
do meliores sunt corporalibus:
quia spiritus nobilior est corpo-
re. Potest tamen contingere q̄
corporalis elemosyna preferat
spirituali in aliquo particulari
casu puta si quis fame deficeret
potius esset pascendus q̃ docē-
dus. Est autem elemosyna ma-
ior ieiunio. Unde dicitur prime
ad thimotheum. 4. ca. Exerci-
tatio corporalis ad modicũ vti-
lis est. non simpliciter vt dicit ri-
chardus. sed i comparatiōe ad
pietatem. vnde immediate sub-
iungitur q̄ pietas ad oia valet.
¶ Utrum de illicite acq̄sitis pos-
set elemosina fieri. ¶ Rñsio scd'3 nota
thomā i scd'a scd'e q̄ aliquid po- §. 11
test esse illicite acquisitum tripli-
citer. Uno mō cũ illō qd' acquiri-
tur est restituendũ ei a quo acq̄-
situ est vt furtũ: vsura: rapina. ⁊
de tali non potest fieri elemosy-

na. Alio modo aliquid dicitur illicite acquisitũ quod licet non possit retineri ab eo qui acquisiuit: nõ tñ debet ei a quo acquisiuit vt in symonia vbi datio est illicita et etiam acquisitio: quia cõtra legem dei. Et ideo qui acquisiuit retinere nõ põt: et ille q̃ dedit meretur amittere. qr ꝯtra insticiam dedit. quare debet in elemosinas erogari. Tertio mõ est aliquid illicite acquisitũ non ꝙ ipsa acquisitio sit illicita: sed qr illud ex quo acquiritur est illicitum. sicut in eo quod mulier acquirit per meretricium: ⁊ hoc proprie vocatur turpe lucrum. Talis ei mulier turpiter agit et cõtra legẽ dei. sed in eo quod accipit nõ iniuste agit sed põt retinere: et de eo etiã põt elemosyna fieri: sed nõ oblatio publica ad altare propter scandalum et sacramentorum reuerentiã ⁊ hanc distictionẽ tangit augu. quo ad
§.12 aliq̃.12.4.q.5. Nõ sane ¶ Utrũ sit licitũ cuilꝫ facere elemosynã. ¶ Ad hoc dicit rich. ꝙ ordo naturalis hoc exigit vt inferiora a superioribꝰ regantur. et ideo illi q̃ sunt sub aliena potestate constituti: de eis in q̃bus aliĳs subĳciuntur ordinare non debent aliter q̃ꝫ eis fuerit a superioribus ꝯmissum. ⁊ qr nullus homo aliĳ est subditus q̃tũ ad interiores intellectus et voluntatis actus nisi soli deo: ideo de illis bonis orando et corde remittendo omnibus elemosinam facere licet. ¶ Sed qr monachus ꝓpriũ nõ habet: ideo de bonis exterioribꝰ non potest elemosinã facere sine abbatis licentia expressa vel probabiliter presumpta. nisi dispensatio aliquorũ bonorũ monasterĳ sibi sit ab abbate cõmissa. tũc enim de illis potest elemosinas facere moderatas et rationabiles scdm ꝓportionẽ bonorũ que sibi sunt ad dispensandũ cõmissa. ¶ Quia ẽt vir est administrator bonoꝝ tanq̃ꝫ mulieris caput §.13
ideo non debet dare mulier elemosynas sine consensu viri expresso vl presũpto: exceptꝭ cõibꝰ elemosinis ⁊ paruis per cõparationẽ ad possessiões eorum: nisi preter dotẽ que ordinatur ad sustentãda onera matrimonĳ habeat res alias vel ex proprio lucro vel per alium licitũ modum tunc eni de illis irrequisito assẽsu mariti potest facere elemosynas moderatas. ¶ Filĳ etiã fa- §.
milias ꝓprias possessiones non 14.
ctu in contractu societatis q ad vnu pertinent due partes lucri et ad aliu tertia scd'm q plus cofert societati vel pecunia vl opa. ¶ Usurarius manifestus secudu host. dicitur per euidentiam facti. puta q: mensam tenet paratam ad vsuram. vel quia in iudicio cofessus et couictus. Sacerdos recipies oblationem vsurariu manifesti / vel ipm ad sepulturam recipiens: debet manere suspensus ab executione sui officij donec satisfaciat ad arbitriu episcopi. extra. e. quia in obligationibus. Nouo autem iure sacerdos talem sepeliens: est excomunicatus ipso facto extra de sepulturis. eod. li. 7. ¶ No suffi- §.36
cit q vsurariu manifesti seu pu-

blici mandent in vltima voluntate de vsuris satisfacere: sed oportet quod de ipsis sit satisfactum prout eorum facultates patiuntur vel saltem quod illis quibus facienda fuerit restitutio si presto fuit. vel ipsis absentibus ordinario loci vel vices eius gerenti aut rectori parrochie sit de restitutione ydonea cautum alias non sunt ad confessionem aut ad sepulturam admittendi nec absoluendi. Testamenta quoque eorum sunt ipso iure irrita nec ipsis debet aliquis aliter interesse. Extra.e. quamquam.li. 6. Illi autem qui non habent in facultatibus suis vnde valeant restituere: non debent vlla pena mulctari. excusat ei paupertas extra de vsuris.q.tu. ¶ Et notandum quod bona mobilia et immobilia vsurarum obligantur illis a quibus vsure sunt accepte. Unde si mobilia non sufficiant ad restitutionem faciendam: possessiones que de vsuris sunt comparate debent vendi. et earum precia his a quibus vsure sunt extorte restitui secundum quantitatem vsure accepte. Ut dicitur ibidem. Multa quoque dubia hanc materiam tangentia possunt patere ex duabus questionibus precedentibus

§.38 de ludo alearum. Quia in precedentibus fuit de ludo alee facta mentio circa ipsam aliqualiter est insistendum. Ubi sciendum quod ludus alee generaliter dicitur omnis ludus qui fortune viribus innititur. Prohibetur autem talis ludus et iure ciuili et iure canonico ne scilicet fiat in pecunia seu ex cupiditate. Jure quidem ciuile ff. de alea. et autentica de sanctis episcopis. §. Interdicimus. Jure vero canonico prohibetur. 35. di. eps. vbi sic habetur. Episcopus aut presbiter aut diaconus alee aut ebrietati deseruiens aut desinat aut inde damnetur. i. deponatur. Subdiaconus aut lector aut cantor similia faciens aut desinat aut communione priuetur. similiter et laicus. Qui igitur tali ludo ex cupiditate et cetera deseruit: mortaliter peccat: cum tales pene non sint imponende nisi pro graui crimine. 11. q. 3. Nemo. et ca. Nullus. Nemo episcoporum quemlibet sine certa et manifesta peccati causa communione priuet ecclesiastica. sub anathemate autem sine consciencia archiepiscopi aut coepiscoporum nullum presumat ponere: nisi vbi canonica docet auctoritas quia anathema eterne est mortis damnatio. et non nisi pro mortali debet imponi crimine et illis qui aliter non potuerunt corrigi. Nullus sacerdotum quemquam recte fidei hominem pro paruis et leuibus causis a communione suspendat preter eas culpas pro quibus antiqui patres arceri ab ecclesia iusserunt committentes Et sic iacet in textu Dicit tamen rob. quod secundum quosdam tunc tantum est mortale cum ducitur in consuetudinem. deseruire siquidem consuetudinem importat Secus esset si quis aliquando non ex cupiditate sed propter recreationem seu causa tedium vel tristiciam effugandi luderet. hoc enim modo ludere non est prohibitum secundum rich. hic et in quol. vn. ff. de alleatoribus. lege vltima conceditur talis ludus pro communi conuiuio faciendo Et ille qui hoc modo in illo lucratur: non tenetur restituere. maxime quando ille qui amittit: notabiliter non damnificatur. sed in re modica per

comparationem ad ipsuz quod propter hoc dico quia aliquid esset modicum diuiti quod multũ est pauperi. De hoc dicit hostien. ꝙ illi ꝗ hmõi ludo ludunt in pecunia: communiter ludunt ex auaricia. Quia vero ille ludus bono fine potest fieri: ideo excusantur a peccato alearum factores. Et idem dicendum secundũ Raymunduz / de factoribus aut venditoribus gladiorum: aut balistarum et similium quibus homines interficiuntur: nisi habeant corruptam intentionem. puta faciendo vel vẽdendo vt homines talia habeant ad abusũ. dãdo illis quos ẽstimãt abusuros. ¶ Sed de illo ꝗ lucratur in ludo taxillorũ vel alearũ eo mõ quo est phibitus. ¶ Dicũt ꝗdã ꝙ tenet restituere. qđ pbat dupliciter Primo. q: vt di. aristo. 4. ethicorũ. Alleator est illiberalis sꝫ illiberalis est ꝗ retinet dãda. ergo illud quod homo lucratur per ludũ alearũ non debet retineri: sed dari. Itẽ nõ tantũ prohibet ille ludus sed etiã acquisitio lucri per talẽ ludũ. vt. ff. de alleatoribus. le. vl. Unde secũdum leges põt repeti vsqꝫ ad quinquaginta annos illud quod amittit in ludo alleaꝝ. ergo ille qui per talem ludũz lucratur restituere tenetur. sed iste rationes non cogunt. ¶ Ad primã dico ꝙ alleator dicit illiberalis. q: retinet ea que essent danda / nõ quidem de necessitate. sed de cõdecentia et ꝯgruitate cũ lucretur ab his cũ quibus comedit et bibit. et sic turpiter lucratur. Non aũt omnis qui turpiter lucratur tenetur restituere ea que sic lucratur. vt patet de meretrice que tamen mortaliter peccat meretricando ¶ Ad secũdam dicit tho. in. 2. 2. ꝙ circa ea que per aleas acquiruntur videtur esse aliquid illicitum ex iure diuino. scꝫ ꝙ quis lucretur ab his qui rem suã alienare non possũt. sicut sũt furiosi et huiusmodi. et ꝙ quis trahat alium ex cupiditate lucrãdi ad ludum / et ꝙ fraudulenter ab eo lucretur. et in his casib9 tenetur restituere. ¶ Aliquid autem videtur vlterius illicitum ex iure positiuo ciuili quod phibet vniuersaliter tale lucruz. sed q: ius ciuile nõ obligat oẽs sed eos solos qui sunt hmõi legibus subiecti ⁊ iterũ per dissuetudinẽ põt abrogari. ideo apud illos ꝗ sũt hmõi legibus astricti tenentur vniuersaliter restituere illi ꝗ lucrantur nisi forte contraria consuetudo preualeat. aut nisi alius lucrat9 sit ab eo qui traxit eum ad ludendum: in quo casu nõ tenetur restituere. quia ille qui amisit non est dignus recipere / nec potest licite retinere tali iure positiuo durante. vnde debet de hoc elemosinam facere ĩ hoc casu. Hec tho. concor. sco. vt patet ex questione penulti. preceden. vbi inter [illegible] dicit ꝙ forte illa lex nulli ibi obseruat. ¶ Quidã vero aliter dicũt. sed in hac materia ad conscientie securitatem videt sufficere tantorũ doctorũ cõcordia Illud autem quod di. tho. ꝙ de iure diuino tenentur restituere illi qui in alea lucrantur ab his ꝗ rem suam alienare non possũt. vt sũt pupilli et alij

nulli⁹ rei dispensationem sibi a superiori commissam habētes ⁊ qui ex cupiditate trahūt aliū ad ludum vi/dolo vel nimia importunitate vel qui fraudulenter lucrantur. pōt etiam ad ludos nō prohibitos extendi. vt patet per conditiones que secūdum scotū requiruntur ad recte cōtrahendū in illa questione positas.

Quid d̄ colūbarijs garennis et venationibus ac aīalibus nociuis. 40. Respōdet astex. q̄ de tenentib⁹ colūbaria dicūt aliqui q̄ si non possūt teneri sine preiudicio ⁊ dāno alteri⁹ mortaliter peccāt q̄ tenent quidā tñ credūt q̄ colūbe plus pficiūt terris quas frequētant stercorādo ⁊ mala semina comedēdo q̄ alias noceant. vnde nō videtur tutū super hoc aliquid affirmare. De tenētib⁹ garēnas credūt aliqui vbi dn̄i agrorū vicinorū solebant agros in tanta libertate possidere q̄ nō oportebat eos custodias in ipsis adhibere propter arcenda animalia hmōi garennarū. Illi qui hmōi garennas de nouo constituūt in preiudiciū et dānū aliorū: mortaliter peccant: ⁊ tenentur damnificatis ad interesse. Idē etiam credūt de veteribus garennis nisi probabiliter presumatur q̄ alii qui terras vicinas hmōi garennis a dn̄is illarū garennarū acceperint excolendas/scientes conditiones garennarū. scilʒ q̄ habentes predia vicina tenētur custodire sata pprijs expensis ab aīalib⁹ hmōi garennarum. et q̄ nō licet capere vl' interficere huiusmodi aīalia / q̄uis inuēta in pdijs suis ⁊ dānum ibi faciētia. ¶ Si q̄rat vnde hec pbabiliter presumi possunt. ¶ Rn̄deo q̄ ex multo ꝯmodo quod ꝯsequi consueuerūt ex nemoribus illis habentes iuxta eas. vel quia minorem pēsionē soluūt de predijs vicinis garennis q̄ de multum remotis ⁊ forte ab initio consenserunt grauari in vno quia etiā leuabantur in alio. Venatores aūt qui conculcant agros et vineas aliorū/ quorū canes occidunt anseres et oues et agnos pauperū: tenentur restituere extimationem damni. alias mortaliter peccant: nisi ita modicū dānum esset q̄ probabiliter presumeretur q̄ non curarent illi quibus fieret. hoc astex. 41. Tenentes etiam fera aīalia cuiusmodi sūt vrsus ⁊ lupus qui in publico teneri non debēt. vel animalia nociua que cōtra naturam mouentur cuiusmodi ē bos cornupeta tenentur de damnis per ea illatis extra de iniu. et dā. da. cap. vlti. q: qui dat occasionem damni / damnum dedisse videtur vt ibi dicitur. ¶ Est quoq̄ venatio omnibus interdicta si fiat tempore quo homines debēt esse in ecclesia et orare. § 6. di. An putatis illum ieiunare qui primo diluculo nō ad ecclesiā vigilat/ sed siluas saltusq̄ plustrat: nisi esset necessitas. vt si fames vrgeret vel bestie vastarent homines vel segetes. Alijs aūt tēporib⁹ licita est laicis/ sʒ clericis illicita. tamen causa sanitatis et recreationis esset eis licita. nisi es-

set nimis frequentata aut clamorosa ex. de cle. ve. capitu. i. et ii. vbi dr tales ab officio debere suspendi. ¶ Episcopis vero est omnino prohibita scdm glosam ibidē. pro quo adducitur illud quod ponit. 34. di. ca. i. d quodam episcopo qui excōmunicari iubetur/ et a ministerio cessare nisi se corrigat In oppositum tamen est hostien. ¶ Ad illud autem quod obiicitur de illo epo dicit q non erat tātum venator sed incontinens et negligenter se habēs i cura pastorali. vt patet ibidē. Unde dicit idem iudiciū esse de episcopis et ceteris clericis: ita tamē q nō proficiscātur cum canibus et auibus quādo debent visitare. extra de censib9 Cum apostolus.

q.4. Utrū dānificās aliū in bonis p sone. puta corporis et aīe teneat restituere ¶ Respon. Nullus potest alium dānificare in bonis anime nisi dispositiue. scilicet cum inclinando verbo et exemplo ad peccādū. et ideo talis restituere tenetur scilicet eum disponendo prout potest ad bonū verbo et exemplo pro eo orando vel orationes pro eo impetrando. secundum rich. et scotum. 6. q. i. Ex merito. Deteriores sunt qui vitam moresq bonorum corrumpunt q qui aliorum predis substantiamq diripiūt. De hoc dicit alber. q non tenetur homo pro quolibet manifesto peccato manifestare penitētiam. sed qui scandalizauit in communi: tenetur ad ostentionē boni exemplii ita q presumi debeat de preteritis egisse penitentiam. et hoc sufficit. ¶ De bonis vero corporis dicit scotus q dānificans aut infert vltimum damnū scilz mortē aut aliquod damnum citra vltimum. et hoc dupliciter. vel irremediabile vt in mutilatiōe. aut remediabile: vt in vulneratione vel alia lesione curabili. Et si in mutilatione: dupliciter. quia vel est enormis q ex toto īpedit aliquem actum humanū qui cōpeteret hoi secūdum illā partē amputataz: vt in amputatiōne manus. Uel non enormis. i. non impediens actū humanū. i. amputatio digiti vel alicuius partis eius. De primo damno scilz vite ablatione regulariter in multis cōmunitatibus statuitur lex talionis vt homicida moriatur et rationabiliter. qz hoc nō solum competit legi mosaice et rationi naturali. sed etiam approbatū est et confirmatum in lege euangelica a christo dicente. ¶ Ois qui gladio occidit gladio peribit. ¶ Et debet homo patienter soluere penam illam q si alicubi non sit statuta nullus debet eam sibi inferre. quia nullus debet esse homicida sui sine speciali mandato dei. sed expedit ei vt exponat vitam suam in causa iusta contra inimicos ecclesie p restitutione facienda illi cuius vitā abstulit. Et si nec tātam restitutionem facere velit: non pōt esse oino inmunis a restitutiōe sicut quidam fatui absoluūt homicidas non ostendentes eis restitutionē necessario icombentē

quasi facilius possit transire homicida q(uam) (vt ita dicam) canicida. quia si aliquis occidisset canem vel bouem proximi: nō absolueretur sine restitutione. Tenetur igitur ad specialem restitutionē faciendam equipolentem vite quam abstulit sicut potest esse equiualentia i talib9. Nec hoc solum: sed si interfectus sustentabat aliquos. puta patrē aut matrē vel propinquos: tenetur interficiens oibus illis ad tantam restitutionē quantā eis abstulit per interfectionē illi9 persone. Et quia vix posset aliquis digne cōpensare per actiones illud quod abstulit homicida: expediret simpliciter aie cuiusq3: talis persoluere per passiones volūtarias vel patienter susceptas. vt scilicet occideretur pro homicidio. et ideo optime prouisū est cōmunitati vbi statuit lex talionis in causa homicidij. Patet eni quantū deus detestatur homicidiū in dauid: qui volens edificare deo templum fuit prohibit9 ab eo. quia fuerat occisor multi sanguinis humani/ licet iuste occidisset. Igitur si iustus occisor non acceptatur ad cultum diuinum: iniustus occisor vbi apparebit? hoc autem quod dictum est: dictum est de iniuste occidēti. ¶ De alia dānificatiōe. scilicet mutilatiōe enormi vel non enormi communiter in ecclesia non imponitur restitutio: nisi pecuniaria. Ista debet respondere non tantum dāno quod quis itulit per mutilationem pro toto tempore futuro quo vsurus erat membro abscisso sed etiam expensis appositis in curatione. Et hoc dicit ca. i. extra de iniu. et damno dato in glosa. vltra placationem ipsius lesi. que requireretur etiam si nō esset talis mutilatio et consolationem ipsius afflicti. quia perpetua desolatio est sibi de tali mutilatione. Plus etiam ponderanda est mutilatio pauperis q(uam) diuitis. quia magis indigebat parte abscisa ad victum necessarium conquirendum: licet ex alia parte sit aliqua conditio preponderans: scilicet dignitas psone. sed hoc parum est respectu prime conditionis: hec scotus. ¶ Et notādum vt idem doctor dicit q(uod) licet iudicialia legis mosayce nō sint obseruanda vt a moyse statuta. quia hoc esset iudiazare. debent tamen obseruari si ab ecclesia statuantur. et sic in decretalibus accipiuntur multa iudicialia legis mosayce cuiusmodi sunt hec prima capitula extra de iniurijs et damno dato. que sumuntur ab exodo. et sunt hec. Si rixati fuerint homines et percusserit alter proximum suū lapide vel pugno/ et ille mortuus non fuerit sed iacuerit in lecto: qui percusserit operas ei9 amissas. scilicet et impensas in medicos restituet. ¶ Item si qs aperuerit cisternam et foderit et non operuerit eam / cecideritq(ue) bos vel asin9 in eam: dominus cisterne reddet precium iumentorum. quod autem mortuum fuerit ipsius erit. et intelligitur de cisterna aperta in publico. ¶ Item si bos alienus cornupeta esset ab heri et nudiustertius

et non custodiuit eum dominus su⁹ (sed bouem aliũ occiderit:) reddet bouem pro boue: ⁊ cadauer integrum accipiet ¶ Item si lescrit quispiam agrum vel vineam / et dimiserit iumentũ suũ vt depascat aliena: pro damno extimationem restituet. ¶ Item si egress⁹ ignis inuenerit spicas et comprehenderit aceruos frugum siue stãtes segetes in agris reddet damnum qui ignem succendit. hoc intelligitur secundũ glosam si fuit in culpa dũ apposuit ignem / nec adhibuit diligẽtiã quã debuit alias si nichil de cõtigẽtib⁹ omisisset nõ teneret.

Circa distinctionem. 16. Quero vtrũ ista tria. scilz cõtritio / cõfessio ⁊ satisfactio sit partes penitentie?

Q̃ non. peccatũ est simplex defectus. ergo potest ei competere simplex remedium: non ergo integratur ex tribus partibus. ¶ In oppositum est magister in littera ponens hec tria ad perfectionẽ penitentie requiri. ¶ Ad istam questionem dicit scot⁹ q̃ sicut dictum est distictione. 14. Penitentia virtus est quedam particularis iusticia habitualiter inclinans ad infligendum sibi voluntarie penam vindicatiuam proprij peccati cuius proprius actus elicit⁹ est quoddaz velle imperatiuum pene vt vindicantis culpam. effectus autẽ illius actus eliciti est actus aliquis imperatus. vel actus aliq̃ ad quos sequitur pena vindicatiua. Non enim potest volũtas per actum volendi imperare pe nam nisi prius imperando causam pene. quia passiones non sunt in potestate voluntatis nisi mediãtib⁹ actibus. ¶ Ad propositum dicit q̃ tria p̃dicta non sunt partes penitentie virtutis quia penitẽtia est habitus permanens contritio autem confessio ⁊ satisfactio habẽt esse in fieri. permanens autem non constat ex partib⁹ habentibus esse in fieri sed bene possunt poni partes actus imperati a penitentia virtute isto modo ¶ Iusticia enĩ cõmmutatiua vniuersaliter respicit equalitatem in commutatione secundũ rectam rationem. hoc modo iusticia punitiua que est quidem commutatiua in punitiõe respicit penam equalem siue commensuratam illi culpe. et hoc secundum rectam rationem illius legis secundũ quam ipsa est vindicatiua ¶ Lex autem ista secundum quam penitentia virtus est vindictiua dictat culpam debere ordinari. et per penam intrinsecam tristicie ⁊ p penam extrinsecam duplicem. scilicet verecũdie et afflictionis corporalis: sicut colligitur ex diuersis scripturis que continent legem istam. ergo ista pena que correspondet culpe integratur ex talibus penis. ¶ Et similiter causa proxima istius pene oportet q̃ integretur ex causis proxĩ istarum penarum. Causa enim propria interior tristicie est detestatio seu nolitio peccati a se commissi presupponens considerationem eius. Iste igitur act⁹ qui est causa proxima tristicie dicitur contritio. secun=

dus act⁹ qui est causa proxima erubescentie dicit confessio. vbi peccatum occultū propalatur homini causa vero propria tertie pene est op⁹ laboriosum seu penale. ¶ Ista igit tria sūt partes vnius cause sufficientis proxime respectu pene ꝯdigne peccato seu actus imperati a penitentia virtute. ¶ Nullo autem modo sunt partes penitentie sacramenti que est absolutio sacerdotis facta certis verbis. vt dictū est distinctione. 14. huius enim nulla pars est contritio que est quoddam spirituale in anima, neqꝫ confessio quia nichil est ipsius sententie sacerdotis. sed est actus rei se accusantis. neqꝫ satisfactio/ sed sequitur istam absolutionem sacramentalem. hec tamen tria ad sacramentum penitentie ad hoc vt digne recipiatur requiruntur vt preuia vel sequentia. Simpliciter enim requiritur cōfessio, quia sacerdos nō absoluit arbitrarie nisi re⁹ fuerit prius accusatus in foro illo. Non est etiam vtilis ista absolutio nisi in confitēte precedat aliqua contritio vel attritio seu displicētia aliqua que virtute absolutionis fit contritio vt dictū est i precedentibus. Satisfactio autem debet sequi sacramentū penitentie ad hoc vt habeat efficaciam. et hoc in re vel in voto: nisi iudex posset perpendere penas istas precedentes esse sufficientes ad totalis pene solutionem. Ista enim sententia sacerdotis sic absoluit a debito pene eterne qꝫ tamē ligat ad solutionem pene temporalis. ¶ Ad argumentum dico qꝫ non sequitur si peccatum sit simplex qꝫ etiam remedium sit simplex. Iuste enim potest legislator statuere multas partiales penas correspondere tanqꝫ vnā vindictā integram vni pctō. q.2.

Utrum necesse sit dolorem cōtritionis esse maximum? Qꝫ nō quia tunc pauci essent contriti. pauci enim sunt qui malent esse ceci qꝫ nunqꝫ peccasse. ¶ Contra dolor fundatur in amore secundum augustinum. sꝫ dei amor est maior amore omnis creature, ergo dolor ex amissione dei est maior omni alio dolore. ¶ Respondeo secundum bonauē. qꝫ dolor potest sumi dupliciter. Uno modo §.2. pro dissensu seu displicentia volūtatis, Aliomodo pro passione resultante in sensualitate ex illo dissensu per quam prorumpit homo in lachrimas. Si dolor sumatur hoc secundo modo nō est necesse magis dolere de peccato qꝫ de re temporali nec etiā necesse est dolere, quia non est in potestate cuiuslibet talis dolor. Si vero sumatur pro displicentia rationis sic mensuratur secundum qntitatem caritatis que vendicat sibi dominium in corde qndiu est. Unde sicut ad hoc qꝫ aliquis habeat caritatē necesse est qꝫ diligat deum super omnia: ita qꝫ pro nullo danno vel commodo velit offendere deum. sic peccatum tantum debet displicere rōni qꝫ nullo cōmodo vel incōmodo velit in eū cōsentire vel consensisse, qm volūtas q ex aliqua causa cōsentit i pctm:

iusta non est. Sicut tñ nõ oportet habentẽ caritatem velle mori pro christo: sed in casu. scilꝫ quã do oportet ipsũ amittere caritatem vel vitam: tunc requiritur magis velle mori pro christo ꝙ̃ caritatem amittere. ¶ Sic ĩ proposito dicendum ꝙ ĩ casu ĩ quo oportet cõsentire in pctm̃ vel tolerantiam pene quilibꝫ tenetur preeligere penã ꝙ̃ velle peccare vel peccasse. Preter aũt casuꝫ necessitatis ꝑeligere oẽm penaꝫ est perfecte virtutis. dubitare vero est infirmitatis: q: timor naturalis valde facit dubitare ⁊ ista dubitatio simul potest stare cuꝫ caritate. Sed preeligere culpaꝫ alicui pene est iniquitatis / si fit cum deliberatione: quia voluntas est iniqua que pctm̃ vult vl' absolute vel cõditionaliter. Unde periculũ est et stulticia querere hoc ab aliquo infirmo vel a seipso. q: hoc est hoiẽꝫ ponere in tentationẽ. ¶ Per hoc patet ad argumentum in oppositum in quo dicebatur ꝙ pauci vel nulli malent esse ceci ꝙ̃ peccasse. Si enim in necessitate essent positi: scilꝫ ꝙ vel a detestatione pctĩ interiori desisterẽt vel oc'los amitterẽt necessario haberẽt ꝑeligere. nunc aũt non hñt hec / bona. ¶ Tho. ꝯcordãs ĩ quodã quolibeto di. ꝙ cũ cõtritus teneat' ex caritate plus diligere deũ ꝙ̃ seipsum. peccare aũt est facere cõtra deum penã autem sustinere est contra seipsum. ideo oportet ꝙ contritus quãlibet penaꝫ ꝑeligat culpe. sed tamẽ descendere in speciali ad hanc, penam vl' ad illam non tenetur. immo stulte faceret si quis se vel alium sollicitaret super huiusmodi particularibus penis. ¶ Et notandũ ꝙ displicentia sumitur a doctoribus quandoqꝫ pro actu nolitionis peccati qñqꝫ vero ꝑ passione tristicie consequente.

Utrum cõtritio possit esse nimia. ¶ Responsio secũdum thomam. 4. ꝙ contritio ex parte doloris qui est in ratione scilicet displicẽtia peccati inquantum est offensa dei non potest esse nimia sicut nec amor caritatis dei quo intenso displicentia peccati intenditur. sed quãtum ad dolorem sensibilem potest esse nimia sicut etiam exterior corporis afflictio. vt ieiunium. et huiusmodi. In his enim omnibus debet accipi pro mensura debita cõseruatio subiecti. propter quod dicitur in epistola ad romanos. Rationabile obsequium vestrum. Hoc autem secundum richar. est intelligẽdum si hominis voluntas ex intentione ferretur ad procurãdum talem passionem ad hoc vt ipse moreretur. Si enim penitens preter intentum ex vehementissimo dei amore tã vehemẽter doleret de pctõ suo ꝙ ex hoc causaret ĩ appetitu sẽsitiuo tam vehemẽs dolorꝙ corrũperet armoniã corporis necessariã ad vitã. nõ esset excessiuus in genere morũ / nec perfectioni penitentie derogans.

Utrũ specialis cõtritio de q̃lꝫ peccato mortali requirat'. ¶ Rñsio secũdum thomam. ꝙ inquantum ad princi

pium contritionis scilicet cum quis de peccatis suis cogitat et dolet. et si non dolore contritionis saltem dolore attritiõis. sic oportet ꝙ sit specialis de singulis peccatis que quis in memoria habet: sꝫ q̃trã ad terminum qui scilicet est dolor iam gratia formatus sufficit ꝙ sit vnꝰ dolor communis de omnibꝰ peccatis. ¶Tunc eni ille motus agit in virtute oim dispositionũ preceden tium. de hoc nota ea que dicta sunt pͥma. q. dist. 15. ponit autem differentiam inter attritionem et contritionem. di. ꝙ sicut in corporalibus attrita dicũtur que aliquo modo sũt comminuta/licet non perfecte; contrita vero quando omnes partes simul et perfecte trite sunt. sic in spiritualibus attritio sentit quandã displicentiam de peccatis: sꝫ nõ perfectam/contritio vero perfectam. ¶De peccatis autẽ oblitis vt dicit petrus de tharentasia. sufficit cõtritio generalis cũ conatu ad recordandũ et dolendũ: nec solum de peccato oblito debet quis in generali dolere: sꝫ etiam de obliuione eiusdem que ex negligentia contingit.

de ludis. q. 5.

Uia vero vt dicit magister. ludi et spectacula sũt pe penitentie ĩpedimenta de ipsis ẽ aliquid dicẽdum. põt eni ludꝰ bñ ⁊ male fieri. Et ideo circa ludũ ponit̃ ab aristotele. 4. ethicorũ. virtꝰ eutrapelie moderãs inter duo extrema scꝫ bomolchũ se ĩ ludo excessiue habentẽ et agrestẽ nullo mõ ludentem vt sepe revolentem. Est nãqꝫ ludus necessariꝰ ad tollẽdũ tediũ et fatigationẽ/et ad presẽtis vite fragilis recreationẽ. Dicit̃ aũt eutrapelia ab eu. quod est bonũ ⁊ tropos quod est versio. quia eutrapelus bene conuertit dicta et facta hoim in solatiũ verbis et factis iocosis tam sui q̃ alioꝝ modeste seu prudenter vtẽdo sic ꝙ ex hmõi audientes non contristantur. nec ex modo dicẽdi nec ex intẽtione dicẽtis. ¶Bomolchꝰ aũt qui in ludis excedit est aliis onerosus. insidiatur eni verbis et factis eorum cum quibus cõuersatur nitens aliquid capere quod possit in risum conuertere nec curat si aliqui exinde contristentur: dum tamẽ alios faciat ridere. licet aũt sit importunus est tamen minus malus derisore/qꝛ derisor intendit alioꝝ ↄfusionẽ: hic aũt risum ⁊ solatium. ¶Agrestis vero videtur abominari ludũ qui ad vitam humanã necessarius est vnde deficit in dicẽdo et audiendo. neqꝫ enim dicit aliquod ridiculum. i. truffã vel verbũ risu dignum. sed aliis dicentibus molestus est. ⁊ in oibus que dicũt̃ tristis. ¶Ad euidentiam predictorum notandũ scdm thomã in scda scde ꝙ in ludo potest eẽ viciũ scdm excessũ. Uno modo quando quis ad ludũ assumit turpia verba vel facta que vergunt in ꝓximi nocumentũ que de se sũt pctã mortalia. et sic excessus ludi est pctm mortale. Alio modo quãdo nõ est cũ debitis circũstantiis puta quia non cõpetit loco tẽpori seu ꝑsone. Et hoc qdẽ põt quãdoqꝫ

esse mortale propter vehementiã affectus ad ludũ: ita q quis cõtra preceptum dei vel ecclesie talibus uti nõ refugiat: quãdoq autẽ est veniale. scz quãdo quis non tantũ afficitur ad ludum q propter hoc vellet contra deum committere pctm̃. Potest etiã i ludo esse viciũ propter eius defectum. nã cõtra humanã rõnem est vt aliquis se onerosũ exhibeat /puta dũ nil delectabile exhibet/ et delectationes impedit aliorum. sed qr ludus nõ propter se queritur sed propter operationem. iõ defectus ludi minus est viciosus q̃ excessus. Unde phũs dicit. 9. ethi. q parum de delectatione sufficit i cibo. hec tho.

43. ¶ De saltatione vero seu ioculatiõe choreali notandũ q potest esse licita vel illicita secundũ ea que dicta sunt de ludo in generali. de quo dicit albertus. i. 4. sniarum. q chorea et hmõi ludi sine fiãt cantu sine musicis instrumentis secundũ se non sũt mali quia possũt bene fieri si fiant cũ debitis circunstantijs. vt tẽpore debito. scz leticie. sicut in nuptijs vel aductu amici de terra longinqua / vel liberatiõe hoĩs vel patrie et hmõi. et sic de alijs debitis circũstãtijs. Possunt etiam esse mali ex circunstantia. vt si fiãt tempore tristicie vel penitentie. aut a personis ecclesiasticis seu cum cantilenis turpibus precipue si fiant mala intentione. vt delz ad puocandũ ad libidinẽ. Predictis cõcor. alex. in secundo sententiarum. dicẽs q saltatio vel ioculatio potest esse causa exercitij. et hoc modo ad artẽ pertinet. et est indifferens ad meritum vel demeritum. Si autem fiat ex spirituali mentis iocũditate: ibi meritũ consistit. et hoc mõ saltauit dauid corã archa dñi et lusit in signum humilitatis et spiritualis iocunditatis. Potest ẽt fieri ad tollendũ fastidium seu ad nature recreationẽ. Et sic pertinet ad virtutẽ cõsuetudinalẽ vel moralem que dicitur eutrapelia. Potest etiam puenire ex mentis lascivia: et tũc aliquãdo ibi ẽ peccatũ veniale aliquando mortale. Est nãq ibi veniale pctm̃ si immoderata vel inepta leticia (ex qua originem duxit) nõ preferatur icõmutabili bono. sed fiat conuersio ad cõmutabile bonũ citra deũ. Si vero fiat in contẽptũ dei / vel preferatur incommutabili bono: erit ibi mortale pctm̃. ¶ Et de saltatione / ioculatiõe vel risu hoc mõ sũpto intelligitur illud luce. 6. Ue vobis qui ridetis. Ue enim comminationẽ pene eterne significat que pro pctõ mortali debetur. hec alexãder. Intelligo autem ibi esse ɔtemptum dei si fiat ad se vel alios puocandũ ad libidinẽ diuinis mãdatis repugnantem. aut si aliquis sic afficeretur hmõi ludo q nõ curaret ab illo abstinere / etiã si illud sciret esse cõtra diuina vel ecclesiastica mãdata. Est quoq cõsuetudo chorandi valde piculosa. et a taliũ spectaculis cauendum (cum dicat hieroni.) Nõ credam viro si dicat se a taliũ spectaculis ilesũ euasisse. ¶ Quia etiam negociatio et militia impediunt penitentiã ¶ Notandũ scdm bonauen. 44

q militia negociatione et officio teloneí siue vectigaliū ex actione a qua dicitur mathe9 publicanus. potest quis recte vti si faciat eomodo quo instituta sunt. Si miles nemini iniuriet / negociator neminem circunueniat / et thelonearius non exigat vectigal immoderatum. sed quod institutum est ex certa causa et vtili sed in his fiunt multe abusiones. videlz in militia violētie. in negociatione deceptiones. in alijs imoderate exactiones. et iō dicit grego. Nō penitet ds quousq dimittat hec scz quantum ad abusiones. Illud quoq verbum gregorij. Falsas penitentias dicimus que non scdm auctoritates sctōr pro qualitate criminū imponūtur: est intelligēdū scdm rich. non quo ad penitentie qntitatem a canonibus taxatā / sed qualitatem de quo nota ea que dicta sunt. I. q. di. 15. Siquidem hmōi penitētie scdm bonaueñ. non oibus sunt imponende sed insinuande vt cris grauitas appareat. ¶ Imponitur autē p canones p pctō mortali regulariter penitentia septennis. 33. q. 2. hoc ipsum. Pro quibusdā autē pctis qñq iponitur maior qñq minor. Nunc vero sunt arbitrarie. extra de peniteñ. et remissionibus. Deus qui ecclesiam Sūt enim moderande per discreti sacerdotis arbitriū ɔsideratis varijs personarū circunstantijs p ut saluti pctōris videbitur expedire. Debet autem sacerdos sic dicere penitēti scdz hostieñ. Carissime tu fecisti tot et talia pctā et pro quolz deberes sic penitere: sed forte ad hoc tua vita non sufficeret: Iniungo tñ tibi penitentiam talem pro omnibus. cōcedo etiā tibi q oia bona q feceris tibi psint ad remissionem pctōr. Ut eni dicit tho. i quadā de quoli. bona sic iniuncta etiā ghaliter ex vi clauium accipiūt maiorem vim ad expiandū culpā preteritā: lz nō habeant maiorē vim ad prebēdū remedium contra culpā futurā. Est quoq intelligendū dictū hostieñ. non de debito necessitatis cū penitētie nūc sint arbitrarie: sed de debito congruitatis. Congruū enī est intimare pctōri ad ostendendum criminū grauitatē q p maioribus cribus pñia septennis i ponitur scdz ius canonicum.

Circa distinctionē 17. Querit vtrum necessariū sit pctōri ɔfiteri oia pctā sua sacdoti. ¶ Qd nō. Ambro. sup lucam dicit de petro. Lachrymas ei9 lego / confessionem non lego. ¶ Preterea sup illud psal. Dixi confitebor. Cassiodo dixi. i. deliberaui. Sequit magna mia dei q ad solā pmissionē remisit peccata. ¶ Itē nullus obligat ad i possibile. sed null9 mutus valet loq: ergo nō teneł ɔfiteri. ¶ Preterea non hñs sacerdotē presentē non teneł ei verbo tenus confiteri. nec tenetur confiteri per scripturam. quia super hoc non inuenitur preceptum editum. ¶ Preterea nullus tenetur mentiri: sed habens conscientiam q per totam vitam suam vixerit inocenter / si ɔfiteretur se peccas

sic mentiretur. ergo. ¶ Contra. Magister in littera: adducens multas auctoritates. ¶ In ista questione sūt tria videnda. Primo quo precepto tenetur christianus ad confessionem peccati sui faciendam sacerdoti? Secundo quid includit illud preceptum de confessione? Tertio quid est circa illud preceptum ab ecclesia explicatum? ¶ Quantum ad primum dicit scotus q nō tenetur quis precepto legis nature ad cōfessionem peccati de qua querit. qr tunc ista obligatio fuisset pro statu cuiuslibet legis. qđ est falsū licet enī pro omni statu tenerentur peccatores se deo accusare ab eo remissionem petendo non tamē tenebātur oīa pctā sacerdoti explicite confiteri. licet etiā determinatioē tpis sit ab ecclīa instituta: extra de pe. et remis. Omnis. Preceptum tamē hmōi nō simpliciter ortū habuit ab institutione ecclesie. Tunc enī papa non teneretur confiteri. quia sicut dicit extra de verborum significationibus. Exiit. non habet imperiū par in parē. Cadit itaqꝫ cōfessio sub precepto diuino positiuo a christo explicato. Jo. 20. Quorū remiseritis pctā remittuntur eis. vbi data est potestas aplīs/ et i eis oībꝰ sacerdotibus remittendi peccata. non principaliter. qr hoc est propriū dei. ergo ministerialiter et arbitrarie. Sed non possunt arbitrari in causa sibi ignota: ergo manifestanda est eis causa in qua arbitrari debent. Ista manifestatio fit in confessione Et si hoc non sufficiat potest dici q ꝯfessio est de iure positiuo diuino p xp̄m instituta: sed ecclīe ꝓmulgata per aplōs absqꝫ omni scriptura. sicut ecclesia multa alia tenet oretenus per aplōs sibi ꝓmulgata vt habetur extra de celē. mis. Cum marthe. Nec valet dicere q preceptum de confessione habeatur per illud. Ja. 5. Cōfitemini alterutrum peccata vestra/ quia dicendo. Confitemini alterutrum non magis dicit cōfessionem facienđam sacerdoti q̄ alij: sed in illo verbo persuadet ad humilitatem/ vt scilicet generaliter nos ꝯfiteamur apud proximos peccatores iuxta illud. Jo. in canonica. Si dixerimꝰ qr peccatū nō habemus ꝛc̄. ¶ De secundo articulo dicit idem doctor q hoc preceptum includit quis debet confiteri. quia adultus. i. habens vsum rationis et cognoscens peccatum quod cōmisit. per quem adultum non intelligo q sit tante vel tante etatis: sed q habeat sufficientē etatem ad cognoscēdum iustum et non iustum contra legem dei. In multis enim ante etatem cōsuetā malicia supplet etatē. Et non tātū in malis vt dicūt cōia verba: qr forte habet citius prudentiā ad malum. Unde dicitur doli capax. sed etiam in bonis ꝛ iuxta illud in legenda scte agnetis. fides nō in annis ꝯputat. Et istius breuis rlā est: qñ aliqs instructꝰ et interrogatus ordinate percipit distincte qđ iustū ꝛ qđ iiustū i lege dia ad ordiatas interrogatiōes ordiate rñdēdo sicut alꝰ adultus ex similibꝰ premissis rñderet. ¶ Cōtinet etiam

Marginalia: ¶ 1. — de cōfessione p̄cepto: — ¶ 3. — confessionem

hoc preceptū quid dʒ ꝯfiteri: qꝛ
pctm̄ mortale. ꝛ nō ꝯtinet aliud
Nam per veniale nullus pericli
tatur extra nauem eccl'ie. quia
pctm̄ veniale stat cum perfecta
caritate. Est tñ veniale scdm̄ bo
naueñ. ꝛ rich. necio cōfitendum
si dubitetur probabiliter illō eē
mortale: alias homo se expone-
ret periculo. ¶ Cōfessio etiā venia
liū est vtilis ad ipsorū remissio-
nē. Ad hoc etiā valet non tantū
contritio sed etiā orō dn̄ica. asp
sio aque benedicte. confessio ge
neralis. ꝛ bn̄dictio ep̄alis: inq̄-
tum per hec feruor caritatis ex-
citatur quo remittunt̄ ¶ Scdm̄
tñ scotū. 21. di. quarti. pctm̄ ve-
niale vsq; ad mortem continua-
tum non dimittitur in hac vita
sed posset dimitti in instāti mor
tis per merita habita i ista vita
et reseruata i acceptione diuina
seu per aliquem actum deo ma
gis acceptū q̄ pctm̄ veniale di-
spliceat: aut dimittet̄ per pene
§.5. debite solutionē. ¶ Iterū conti-
net hoc preceptum ꝙ pctm̄ mor
tale de quo habetur mēoria ꝯfi
teatur. ꝛ hoc premissa iquisitio-
ne diligenti secundū possibilita
tē fragilitat' hūane tāta scilicet
quantā posset aliquis appone-
re circa aliquid multū arduum
quod sibi multum esset cordi. de
bentq; pctā mortalia eidē ꝯfite-
ri nō diuidēdo confessionē (qꝛ se
cundū augustinū de vera ꝛ fal-
sa penitentia.) cōfessionem diui
dere: est ad ypochrisim tēdere ꝛ
§.6. semper venia carere. ¶ Cōtinet
etiā hoc preceptū nō solum pec
cata sed circunstantias aggra-
uātes. iuxta illud augustini Cō

sideret pctōr criminis qualitatē
in loco. in tpe. i varietate perso-
ne. ꝛc. Et pn̄t haberi p hunc ver
sum. Quis. quid vbi. per quos. Usus
quotiēs. cur. quomodo. quādo.
Sunt aūt ille circunstantie ne-
cessario confitende: que speciali
prohibitione prohibentur. et in
aliā speciē pcti transferūt. Uer-
bigrā. Alienā accipere est illici-
tū: sed speciali prohibitione pro
hibetur aliquid accipere de lo-
co sacro. et ideo speciale pecca-
tū scʒ sacrilegiū per hanc circū-
stantiam cōstituitur. Similiter
est illicitū nō suā cognoscere sʒ
si sit ꝓpinqua speciali prohibi-
tione prohibetur: ꝛ ideo specia-
le pctm̄. s. incestus per hanc cir
cunstantiā constituit̄. sic etiam
forte exprimi debet si fiat in die
festo. frequentia etiā nō est du-
biū est circunstantia simpliciter
ponēs aliud pctm̄ qꝛ q̄libet vice
ꝯmittitur nouū pctm̄. ꝛ de simi-
libus simile habeatur iudicium.
Hec sco. ¶ Rich. vo vltra hoc di
cit ꝙ circūstantie ita aggrauāt
in eadē specie ꝙ actum reddunt
mortalē q̄ sine illis mortalis nō
esset. vt idem actus illicitus pōt
fieri ex tanta intentione et deli-
beratione ꝙ est pctm̄ mortale.
qui tamē ex surreptione factus
mortale non esset. et talis circū-
stantia confitēda est. Aliquan-
do aūt nō aggrauant criminali
ter sed venialiter: et tales nō sūt
de necessitate cōfessionis. sed de
perfectione vel cōgruitate. dicit̄
autē circūstātia. id quod est ex-
tra essentiā actus: aliquo tñ mo-
do ipsum attingens. ¶ Cōtinet §.7.
etiam hoc preceptum cui: qꝛ sa-

cerdoti. Ille em̄ in ecc̄lia habet solus auctoritatē ligādi ꝛ soluēdi. Vn̄ qꝛ laicus nullā habet auctoritatem sententiandi in isto foro. sequitur ꝙ nullū preceptum est de accusando se laico: lꝫ haberi non posset sacerdos. Illud autem verbū magistri: si defuerit sacerdos proximo vel socio facienda est confessio exponēdum est de congruitate non de necessitate. scd̄m rich. ¶ Cōtinet etiā qn̄: qꝛ qn̄cunqꝫ est in periculo mortis. quilibet em̄ qn̄ imminet iudicium dānationis vel mie dꝫ se preparare ad miaꝫ ꝗtū pōt. Istud non tm̄ est in infirmitate mortali: sed qn̄ aggreditur act⁹ arduos i quib⁹ sit verisimile ꝙ mors immineat. vt in bello mortali/in naufragio et huiusmodi. et etiā qn̄ vult exercere actus aliquos quibus debetur reuerentia specialis. vt qn̄ vult communicare. De quo dictum est in precedēn

§. 8. tibus. ¶ Determinauit autē ecclesia semel in anno ad min⁹ circa pascha quo tpe quilibet xp̄ianus dꝫ cōicare. vt dicetur consequenter. Et si dicas ꝙ hec specificatio est laxatio: qꝛ pri⁹ tenebātur statim cōfiteri habita opportunitate confessorū: mō aūt non tenentur nisi vsqꝫ ad quadragesimā. Rn̄ Utrūqꝫ est dubium aliquibus. quibusdā dicentibus ꝛ tūc ꝛ nunc tenemur statim habita opportunitate cōfessorū confiteri quibusdā dicētib⁹ ꝙ nec tūc sed tm̄ in voto pro aliquo tēpore ante mortē. nec nūc sed pro voto ꝯfiteri semel in anno q̄ opinio est verior scd̄m scot. qꝛ precepta penalia non sunt ampliāda sed restringenda. nec inuenitur ꝙ illud preceptū affirmatiuum obliget nisi ad aliqn̄ ꝛ illō qn̄ an̄ specificationē ecclesie erat indeterminatū ad qn̄cūqꝫ qn̄ ante morte. Nunc autem determinat ad semel in anno. sꝫ tn̄ oportet habere voluntatē confitendi pro tūc qn̄ preceptum obligat. hoc dico sic ꝙ nunqꝫ voluntatē. ¶ Continet etiam qualiter: qꝛ cū displi- §. 9.
centia pcti commissi ꝛ cū proposito abstinendi ꝛ obediēdi ecclesie i satisfactione pro isto pctō: nō ꝙ oporteat eū velle suscipere penitētiā a sacerdote: qꝛ si nullam sibi oblatā a sacerdote vellet suscipe tn̄ duas ydoneitates haberet propositas et propositum recipiendi penā sibi infligēdā a deo hic vel in purgatorio. talis eti⁹ esset absoluendus ꝗꝫ repellēdus scd̄m sco. Sed si suscipiat aliquaꝫ pniam vel satisfactionē sibi impositā ab ecc̄lia: tenetur illā seruare: ꝛ hoc propositum oportet ꝙ habeat vt debito modo confiteatur. scꝫ vt velit obedire confessori in seruando illam satisfactionē quā voluntarie suscipiet ab ipo impositā. ¶ De tertio ar- §. 10
ticulo sciendum ꝙ ecc̄lia preceptū istud specificat. extra de peni. ꝛ re. vbi dꝛ ꝙ ois vtriusqꝫ sexus fidelis postqꝫ ad annos discretiōis peruenerit: oīa pctā sua solus confiteatur saltem semel in anno proprio sacerdoti: suscipiens reuerenter in pascha eucharistie sacramentū: nisi forte de proprij sacerdotis consilio ob aliquā rationabilē causā ad tempus ab eius perceptione duxerit abstinēdum. Si quis autē

alieno sacerdoti confiteri voluerit, licentiam a proprio sacerdote prius obtineat. ¶ Ad cuius evidentiam sciendum quod est quedam opinio ponens quod is qui habet mortalia tenetur precise ad confessionem illorum et non venialium. si autem habet sola venialia propter preceptum ecclesie tenetur in illo casu ad confessionem ipsorum. ¶ Scotus autem dicit quod ex statutis ecclesie generalibus nullus tenetur ad confessionem venialium in quocunque casu. quia cum in illo ca. dicitur omnia peccata sua: aut fit ibi distributio pro peccatis venialibus aut non. Si sic: ergo habens mortalia per virtutem illius precepti tenetur ad confessionem venialium quod est falsum. Si non ergo habens tantum venialia non tenetur ad confessionem ipsorum. quia simpliciter non cadunt sub illo quod dicitur ibi, omnia peccata sua. Hoc etiam patet ex alio. quia sicut supradictum est venialia quandoque delentur totaliter sine aliquo opere proprie penali: sicut per actum ferventem contemplationis in deum: quemadmodum gutta statim consumitur
§.11 a flamma vehementi. ¶ Notandum insuper quod proprius sacerdos in proposito non sumitur prout proprium distinguitur contra commune: sed prout distinguitur contra alienum: ut patet ex textu illius ca. Unde non solus parrochialis sacerdos seu curatus inferior dicitur proprius sacerdos: sed quilibet habens ordinariam iurisdictionem super penitentem ad immediate absolvendum eum. qui scilicet ordinarie potest iudicare seu iusdictare in causa peccati: et sic episcopus est proprius sacerdos fidelium sue dyocesis: et etiam papa proprius sacerdos omnium christianorum

Ad hoc itaque ut aliquis non sit transgressor illius precepti. Omnis utriusque sexus: sufficit quod semel in anno confiteatur pape / vel episcopo vel sacerdoti parrochiali: vel alicui aliter de licentia alicuius illorum. ¶ Hinc est quod cum fratres §.12 minores et predicatores debite presentati episcopis secundum formam decretalis clementis quinti in. 7. extra de sepulturis. Dudum libere possint sibi confiteri volentes audire et a peccatis absolvere: licet quo ad hoc non habeant maiorem auctoritatem quam habeant curati a iure: sequitur quod fideles ipsis semel in anno confitentes adimplent illud preceptum. Omnis utriusque sexus. ¶ Confessio §.13 quoque confessionum audiendarum ipsis per prelatos facta non expirat per mortem concedentis cum sit a iure communi approbata sicut illa extra de electione. Cum ex eo li. 6. et auctoritate papali roborata que semper durat ut dicit Guillermus de monte laudano in expositione illius decretalis: et frater petrus quesnel in summa que dicitur directorium iuris. Idem dicit benedictus undecimus. dicitque non esse necessarium numerum presentandorum exprimi nec ipsos personaliter presentari. De quo vide distinctione. 65. ¶ Sed circa predicta oriuntur quedam dubia. Et §.14 quomodo sacerdos adimplebit illud preceptum sapientis. Agnosce vultum pecoris tui: si parrochianus eius sibi non confitetur. Responsio secundum scotum quod cognosceret per proprium eius testimonium dicentis se fuisse

se confessum habenti auctoritatem ipsum absoluendi. siue ei sibi confiteatur siue alij: non potest habere noticiam conscientie eius nisi per proprium testimonium: confitenti autem penitentialiter in omnibus est credendum: quia non est verisimile que aliquis sit immemor proprie salutis. extra de officio ordinarij. Significauit. Potest etiam dici que illud verbum dirigitur ad omnes qui audiant aliorum confessiones. vt scz diligenter inquirant que peccata commiserunt: ipsorum conscientias debite inuestigando. De hoc dicit rich. que cognitio quam habere potest sacerdos in foro penitentie de conscientia subditi sui dependet a subditi voluntate. et ideo debet eum reputare ydoneum ad suscipiendum eucharistiam: si affirmat se esse penitentem et legitime confessum ei qui ipsum potuit absoluere. Si tamen sacerdos haberet aliqua signa probabilia que ille non diceret verum: non teneretur sibi eucharistiam ministrare/ nisi ille faceret sibi sufficientem fidem de hoc que est confessus illi qui ipsum poterat absoluere. De quo nota ea que dicta sunt questione vltima distinctionis. 9. ¶ Ulterius videtur que non possit aliquis alteri quam sacerdoti parrochiali confiteri. etiam ex priuilegio vel mandato superioris: quia non potest aliquod priuilegium indulgeri in preiudicium alterius. hoc autem est in preiudicium ipsius. ¶ Ad hoc respondet thomas que preiudicium non fit alicui nisi ei subtrahatur quod est in fauorem eius indultum. Potestas autem iurisdictionis non est commissa alicui homini in fauorem suum sed in vtilitatem plebis et ad honorem dei: et ideo si superioribus prelatis expedire videatur ad salutem plebis/ et ad honorem dei promouendum que alijs committant ea que sunt iurisdictionis in nullo fit preiudicium inferioribus prelatis nisi illis qui querunt que sua sunt non que iesu christi. Et qui gregi presunt non vt eos pascant: sed vt ab eis pascantur. Fuit tamen opinio her. sup illud. Omis vtriusque sexus. que non sufficiat priuilegium vel mandatum superioris sine licentia presbyteri parrochialis. que opinio est falsa: vt patet ex precedentibus. Preterea. quicumque habet iurisdictionem ordinariam: potest committere ea que sunt iurisdictionis sue alij habenti ordinem conuenientem ad illud officium exequendum. extra de conse. aqua. vbi sic dicitur. Licet episcopus committere valeat que iurisdictionis existunt: que ordinis episcopalis sunt non potest inferioris gradus clericis demandare. ergo si aliquis impediatur per iurisdictionis defectum ne confessionem alterius audire possit: potest sibi per quemcumque iurisdictionem habentem committi: siue per ipsum sacerdotem siue per episcopum siue per papam. Preterea quicquid potest inferior: potest superior. ergo si presbyter parrochialis potest hoc concedere: ergo et eius superior poterit. Preterea. Potestatem quam habet sacerdos in proprio: habet ab episcopo. ergo eadem ratione alius cui episcopus vel papa concedit hoc poterit. In pre

de fratribus mendicantibus medicantium rel.

missis cōcordant thom. ch. scot⁹ hostien. et Joh. andree. ¶ Opinio etiam ber. reprobatur per Jo. 22. in quadam extrauagan
§. 5. ti cuius principiū. Uas electionis. condēnantem quosdam articulos quos ponebat magister Joh. de polliaco. quorū. ¶ Primus est ꝙ confessi fratrib⁹ mendicantibus auctoritatem predicatam habentib⁹ tenētur eadem peccata que confessi sūt. iterum proprio sacerdoti cōfiteri. Secūdus. Stāte statuto / oīs vtriusq₃ sexus / nec de⁹ nec roman⁹ pontifex facere posset ꝙ parrochiani non tenerentur omnia peccata sua semel in anno parrochiali curato confiteri. Tertius. Papa nō posset generalem dare potestatem audiendi confessiones immo nec deus / quin confessus habēti licentiam teneret eadem iterū proprio sacerdoti seu parrochiali curato ꝯfiteri. Hos etiā condemnauit eugenius quart⁹: cū quibusdam alijs. quorū vn⁹ est ꝙ ꝗuis ipi fratres sint admissi et auctoritatē habeant cōfessiones audiendi ⁊ absoluendi: tñ ad eos accedendi populus subiect⁹ sine licētia ꝓprij sacerdotis nō habet ptātē. Ali⁹ est ꝙ sacerdos curat⁹ mēdicantibus ꝯfessiones audiendi licentiam dans
nota magis in isto statuto. Omis vtriusq₃ sexus dispēsat: ꝗ papa fratribus licentiam tribuens iuxta formam decretalis introducte. Mandauitq₃ eugenius omnib⁹ prelatis ꝙ procederent cōtra tenētes predictos articulos sicut cōtra hereticos. Predicta omia cōfirmauit Nicola⁹ papa quintus et calixtus terti⁹ de consilio et assensu dominorū cardinaliū ¶ Et nota ꝙ eandē auctoritatē quam habent fratres minores §. 16.
et predicatores ad audiendum cōfessiones de iure: postmodum habuerūt carmelite ⁊ augustinēses per bullā apostolicā. Nec sine causa data ē ista auctoritas religiosis: quia multi quasi mallent nunꝗ confiteri: ꝗ sacerdotibus parrochialib⁹ sua peccata detegere. Tot etiam difficultates ꝗ in cōfessionibus occurrūt ꝙ viri peritissimi vix eas enodare sufficiunt: vt experimento nouerūt qui confessionibus audiēdis intendunt. Quapropter ipsi curati non debent esse religiosis supradictis infesti: sed ipsos tanꝗ suos coadiutores benigne fouere. Emanauit aūt auctoritas religiosis concessa nedū a papa sed etiā ab vniuersali ecclesia. s. a clemente quinto in consilio vieñ. vt patet in. 7. decretaliū prius allegato. Inhibetur quoq₃ quibuslibet prelatis in fine illius decretalis ne religiosos predictos in suis priuilegijs ibi contentis impediāt Ex quo sequitur ꝙ oppositum scienter facientes mortaliter peccāt: quia transgressio precepti pape vel vniuersalis ecclesie est pctm̄ mortale licet non sic ligēt simpliciter statuta q̄ de cōgruitate tm̄ et non de necessitate precepti sūt obseruanda. vt videbitur in sequentibus Patet autē euidenter non esse simplex statutū vbi ponitur verbum precepti / vel subiungitur pena que nō nisi ꝓ pctō mortali infligitur cuiusmodi est cōmunicatio vel

§. 17. Ad arg. depositio. ¶ Ad primum argumentum principale pōt dici scd̄m scotū q̄ tēpore negationis petri sacramentū penitentie non fuit institutū: sed post resurrectionē quando christ⁹ dicit discipulis. Accipite spiritū sanctum: quorum &c. et iō nō tenebatur pro tūc ad cōfessionē. nec post institutionē sacramenti: q: iam ante resurrectionē per aliud remedium fuit pctm̄ suū deletū. ¶ Et cōsil'r rn̄deri pōt de infidelitate oim̄ discipulorū in passione xp̄i. et hoc bene cōfirmat q̄ confessio nō erat de lege nature nec mosayca licet in ipsa fieret per sacerdotem generalis cōfessio pctōrum pro pp'lo ¶ Ad auctoritatē cassio. sr psal. Dixi cōfitebor: dico q̄ ibi denotatur propositū cōfessiōis secuture et sic nō deletur pctm̄ sine proposito cōfitendi.

non ab executione iurisdictiōis
aut econuerso. aut ab vtroqz. Pri
mo modo nō posset celebrare et
tñ posset excōmunicare. Secūdo
modo non posset excōicare et pos
set celebrare. sed tertio modo su
spensus: neutrū pōt de iure. hec
rich. Excōicatoꝝ tñ secrete tenēt
absolutiones et beneficioꝝ colla
tiones. licet postea fuerit eoꝝ ex
cōicatio detecta. extra de exce-

ptiōib⁹.et ceptiōib⁹.i glo.ar.ad hoc de iure patro. Cōsultationibus.cōcor. ray.host.et innocen.

§.7 ¶ Utruz excōicatio lata ab epo alieno rata possit haberi ab epo suo. Rñsio scdm bar.9.q.2.ca.2 Nullus alterius terios vsurpet nec alterius parrochianum iudicare vel ordinare aut excōicare psumat. qz talis iudicatio vel ordinatio aut excōmunicatio vl damnatio nec rata erit nec vires vllas habebit. qm nullus alterius iudicis nisi sui sententia tenebitur aut dānabitur. Sñia que nullū habet vigorem non valet confirmari per ratihabitionem. qz sñia plus habet iuris qz facti

§.8. ¶ Quomodo fieri debet excōicationis sententia? Rñdeo qz debet premitti triplex monitio. vel vna pro tribus. alias est iniusta. et iudex suspenditur per mensem ab ingressu ecclesie. extra eodem sacro. et debet habere temporum conuenientia interualla: nisi facti necessitas aliud suaserit. puta si dilatio esset periculosa. vt quia ad arma forte iretur vel forte res distraheretur. Et debet fieri in scriptis continentib⁹ causam excōmunicationis. alias excommunicator suspenditur ab ingressu ecclesie et a diuinis per mensem. que quidem si exequatur: irregularis efficitur nec nisi per papam poterit cum eo dispēsari. extra eodem. Cum medicinalis libro.6. In scriptis etiam debet fieri sententia suspensionis aut interdicti. vt ibidem dicitur. Et nota qz episcopi et superiores nullam sententiam suspēsionis et interdicti incurrūt ipso iure. nisi de eis expresse dicatur extra de sentētia excommunicationis. Quia periculosum li.6. Cum iudex dicit excommunico illum vel similia verba intelligitur d excōmunicatiōe maiori.e. ¶ Si eps excōicat oēs qui fecerūt furtū vel hmōi. nunquid subditi eius. talia committentes extra suā dyocesim sūt excōicati? ¶ Rñdeo qz nō. vt extra de cōstitutionib⁹. Ut aiaꝝ.li.6. Extranei aūt qui offendūt in dyocesi eius qui excōmunicauit incidunt in excōmunicationem. qz fiūt eius subditi ratiōe delicti ibidē cōmissi. nisi sñiam ignorauerit. Sententijs enim per statuta ordinatiorū quorūcunqz promulgatis nō ligantur ignorantes: nisi ignorantia fuerit crassa aut supina. vt ibidē dicitur. ¶ Quid si dicat prelatus habeo te pro excōicato nunquid erit vere excōicatus? §.9.

¶ Dicit ros. qz talis i foro pñie debet se excōicatū reputare et absolutionē petere. ib. ho. ¶ Quid si is sñiam generalē promulgauit moritur vel ammouetur. nūquid qui postea contra facit est excōicat⁹? Rñdeo qz non nisi successor confirmet. vel statutū aut decretū diffiniēdo fecerit. extra de officio Legati. ca. vl. hec ber. extra. e. A nobis. Idem di. ho. Debent aūt fieri constitutiones de consensu capituli seu con ad quod spectat. vnde dicitur cōstitutio quasi cōe statutum. extra de verboꝝ significa. Exijt lib. 6. §.10

¶ Utrū absens ignorans possit excommunicari. Rñdeo secūdū ber. ex. de clerico excōicato apostolice qz sic. Et si excōmunicator §.11

voluit q statim eēt excommunicat⁹ quando littera scribebatur tūc statim fuit excommunicat⁹. tamen quicquid facit anteq̄ sciat se excommunicatū nō imputatur ei nisi eēt ignorans, ignorantia crassa vel supina sicut is de quo habetur extra de clerico excommunicato. Illud Ibi eniz crassa videbatur ignorantia cū per famam se sciret excommunicatum esse. licet oimodam certitudinem nō haberet.

§.12 ¶ Inhibetur. vi. e. Romana. ne cōitas vel collegium excommunicetur: qz sic contingeret ligari quandoq; innoxios. sed in illos de collegio debet pmulgari sñia quos culpabiles eē constiterit. Sed si feratur an teneat. quidam dicunt q non. alij dicunt q sic. qz multa prohibentur que tamen fctā tenent q̄uis contra prohibitionem factam grauiter peccet: et huius op. est i. andree Si priuilegiatus alleget priuilegiū non publicatum nec iudici notum / nec fuit in longo tempore illius libertatis et iudici psenti priuilegium sibi ostendi non vult ipsum ostendere. nec aliquib⁹ prudentibus viris omni suspicione carentibus per eundem ordinē deputatis. tenet sententia si feratur contra eum. extra de priuilegio. Cum persone ecclesiasti. libro. 6.

§.13 ¶ Utrum excommunicatus possit excommunicari. dicūt communiter doctores q sic vel per eiusdem excōicationis reiterationē ad maiorē sui confusionem. vl propter alias causas. Duplex est enim effectus excommunicationis scz eiectio et ligatio. Et licet quo ad primū excommunicatus non possit amplius excommunicari. quia qui foras eiectus est: āplius eici nō potest nisi reuertatur. quo ad secundum tñ potest iterū excommunicari. potest enim ligatus amplius ligari.

§. 14. ¶ In quib⁹ casibus sñia excōmunicatiōis nulla est ipo iure. Rñsio. Ponuntur sup hoc multi casus quorū sunt quinq; cōmuniores hic notati. Primus est si ille qui tulit eam non habeat de hoc potestatem vt quia non erat eius iudex. 11. q. 3. Sñia. vel erat excōicat⁹ et hmōi. 24. q. 1. Audiuimus. Secūdus qñ est lata post appellationem legitime factā seu ex vera et legitima causa. ex. de appel. Dilecti. et. c. Solet. libro. 6. et idē dicendū de interdicto ⁊ suspen. ¶ Notādum tñ q excōicatus noiatim vl ſpaliter ⁊ expresse post appellationē legitimā. si illam appellationem infra tps ad eam prosequēdaz ab homie vel a iure statutum non fuerit vt debuit prosecutus. lz propter talem negligentiam illa sententia non conualescat. tamen lapso illo termino poterit publice nunciari excōmunicatus. et nedum i iudicalibus sed etiam in extra iudicialibus actibus euitari donec de ipius sententie docuerit nullitate. 6. e. licz. Sicut autē sentētia post appellationē legitimā nulla est: sic etiam cuz fertur in eum qui se supponit protectioni romane ecclesie. licet nō appellet ex simplicitate extra de appellati. Ad audieñ. vel etiam cum fertur contra aliquem qui

post litem motã iter arripuit ad curiam. extra de appel. Dilecti primo. ¶ Tertius casus est quãdo error intollerabilis in sententia fuit expressus vt si episcopus excommunicat aliquem qui facit aliqđ qđ est de se bonũ. vt dare elemosynam pauperi. vel qr non cõmittit illud quod est malum puta adulterium. 6. e. Venerabilibus. §. Potest. vel si precipiat aliquid impossibile. extra de pact; capitulo vltio. ¶ Quartus casus est quãdo aliquis excõicaret maiori excommunicatione illos qui excommunicato participarent: nõ in crimine sed in locutione et ĩ aliĳs casib⁹ quibus incurritur minor excommunicatio. nam talis sententia non valet / nisi premissa trina monitione vel vna pro tribus et nisi exprimatur nominatim ipsi admonendi proprio scilicet nomine vel aliĳs circunstantĳs in dubitabilibus. 6. e. Statuimus. ⁊ ca. Constitutionẽ. Quintus casus est quãdo prelatus interdiceret subditis suis ne exponerẽt superioribus / aut legatis / aut inquisitoribus / statũ ecclãrum suaꝝ seu monasterioꝝ ⁊ de hoc ferret sententiam excõicationis li. 6. de offi. ordinarĳ. Quia plerique. In predictis casibus sentẽtia nõ est metuenda. ¶ Quod si dicat eps excõico te quia furtũ fecisti. et tamen falsum est. nũquid tenet. dicit ber. extra. e. Per tuas. ꝙ licet talis quo ad deũ nõ sit ligatus nisi contẽnat. Tutius tamẽ est ꝙ absoluatur quo ad ecclesiam quia sententia siue iusta siue iniusta tunẽda est. xi. que. 3. ca. 1. Item dicunt hostiensis et innocentius. Excõmunicatus aũt qui contennit sñiam seruare se cõmunioni fideliũ ingerendo. si sentẽtia erat iniusta facit ipsam iustam ꝓpter cõtẽptũ. quia inde posset excõmunicari. non ẽ itaꝗ sentẽtia cõtennenda sed ad iudicẽ hũiliter recurrendum. vel superiori de iniusta excõmunicatione conquerendum. Predĉ. aũt videntur habere veritatem de publice excõicato vel quo videbit in consequentibus.

¶ Quid si eps in subditũ sñiam excõicationis ferat sub cõditione vel in diẽ certũ. sed anteꝗ cõditio existat: subditus eius esse desinat. puta quia alibi trãsfert domiciliũ. ¶ Rñdet hostieñ. extra de appella. Preterea. 2. ꝙ tenet sententia nisi pendenti conditione appelletur. extra de offic. delegati. ca. finali. idẽ di. ber. licet aũt sententia sub cõditione lata tollatur per appellationem: tamen si pure et sine cõditione feratur: non reſcĩdatur per appellationẽ licet fuerit appellatio facta ante sentẽtie publicationem extra de appellati. Pastoralis. transfert tamen cause cognitionem in superiorem extra. e. Per tuas. §.16

¶ Qui si dicat iudex excõmunico te si appellas vel si ad appellãdũ te ꝓparaueris. Dicit hosti. ꝙ sentẽtia nulla est. qr videtur patenter errorẽ intollerabilem continere hoc enim nichil aliud est dicere nisi ꝙ excõico te si iure cõmuniter cõcesso vtaris. §.17

¶ Quid si iudex precipiat alicui debitori ꝙ soluat ĩfra certũ terminum: alioquin sit excõicatus §.18

§.15

Utrũ creditor possit terminũ prorogare. ¶ Quidã dicũt quod sic. hosti. tamen dicit tutius esse quod hoc fiat de consensu iudicis. Si tamen pars in primo termino reputat sibi vt satisfactum: cessat tota excõmunicatio. v. di. i no.

§.19 ¶ Utrũ iniuste excõicãs peccet mortalit? ¶ Rñdeo scdʒ Rich. quod excõicatio põtest esse iniusta: aut ex aio excõicantis. vt cum mala intentione vel ex odio excõicat. aut ex ordine. cum. s. fertur non seruato iuris ordine. puta sine monitiõe premissa. et hmõi. aut ex defectu cause. quia scilʒ sine causa legitima. et quocũqʒ istorũ modorũ scienter excõmunicans et ex deliberatiõe. mortalit peccat. quia primum iniuste et grauiter ledit. scʒ in fama et contra phibitionem ecclie facit. Si aũt hoc facit ex ignorantia crassa et supina. mortaliter peccat. Quia non ita grauiter. Si vero hoc facit ex ignorantia probabili: non peccat mortalit. hec Rich. ¶ Dicitur vero ignorantia probabilis quia credidit citationẽ venisse ad eũ quẽ excõicat. et per consequens credidit eũ contumacẽ cũ non esset vel credidit excõicationis causã sufficiẽter probatã errans in pbationib⁹ dubĳs extra. c. socro in glosa bernardi.

§.20. ¶ Si a iure vel a iudice aliquid inhibeatur sub interminatione vel pena excõicationis. non est lata sñia ex vi verborũ. sed tãtũ cõminatio scdm hosti. et gof.

§.21 ¶ Si etiã dicatur anathema sit nõ est canõ late sñie sed ferende. Cũ vero dicitur excõicam⁹ illũ qui sic egerit vel talis eo ipso vel ipso facto sentẽtiam excõicationis incurrat. tũc est sñia lata in talia peragẽtem. ¶ Si excõicatio feratur ꝯtra eos qui sciuerũt furtũ nisi reuelent cui tenentur reuelare ¶ Respõsio scdm hosti. §.22

Non tenentur dãnum passo reuelare sed prelato ecclie nec illi debent reuelare publice si solus reuelator scit. Cui concor. rodo. inter cetera addit quod prelatus monere debet malefactorem vt satisfaciat. §.23

¶ Pone aliquẽ epm esse depositum et ille post sñiam statim appellat et appellatione pendẽte subditum suũ excõicat nũqd talis excõicatio tenet? Rñsio secũdum tancretũ ex quo appellans in officio suo remansit et ideo siue psequatur appellatio siue non / excõicatio tenuit. Uincentius tñ aliter di. sed sñia tancreti est melior scdm ber. extra de appel. Sepe cõtigit ¶ Et notandũ vt dicit gof. infra decẽ dies est appellandum a tpe late sñie vel noticie eiusdem in scriptis coram notario. et infra. 30. dies est appellatio intimãda iudici et petẽ seu littere dimissorie petẽde. 2. q. 6. post appellationem et. §. penulti. De hoc habetur extra de electionib⁹ causam. li. 7. et de appellatiõibus Quis Et tenet appellãs psequi appellationem infra annũ a die interpositionis ei⁹ vl a die illati grauaminis si futuro grauamine appellatur. Quod si iusto impedimento cessante non fecerit debebit eius appellatio deserta cẽseri. li. 7. de appellatiõibus. Sicut. ¶ Notandũ insuper quod quãdo in rescripto pape ponit om-

ni appellatione remota. debet intelligi de appellatione friuola vt dicit innocentius quart⁹. Et licet nulla appellatio friuola vł frustratoria valeat: illa tamen clausula quandoq; in rescriptis apponitur. quia plus timeri solet quod specialiter iniūgitur ꝙ quod generaliter prohibetur. Unde etiam tunc licet appellare dummodo sit causa probabilis appellatiōis. siue sit expressa in iure siue nō. licet extra e. Pastoralis. videatur poni oppositum. Sed vt vbi dicit ber. nō stamus hodie illi decretali sed ei qđ dicit infra. e. Ut debitus.

q.4. ar.1.

N quibus casib⁹ incidit quis i maiorem excōicationē ipso facto? Rn. q; i multis. nam excōicatio a qua solus papa absoluit icurrit i duodeci casibus. Primus est de eo ꝗ verberat clericū. 17. q. 4. Si ꝗs vel quāecunq; personam religiosam religionis approbate. extra. e. Non dubium. vbi exprimuntur regulares conuersi. hic tn̄ casus

ar.2. multas habet exceptiones. vt videbit in sequentibus ¶ Secū

2 dus de eo qui incendit vel frangit ecc'iam. qui anteꝗ denūcietur pōt absolui a suo epo. post ea vere non/nisi a papa. ex. e. Tua nos. et ca. Conquesti. Alij vero incēdiarū non sunt ipso iure excōicati scd̄m alanū. gof. et ber. Si tn̄ excōicentur et publicentur non absoluūtur nisi a papa. e. Tua. Nec sunt incendiarij dicēdi qui hoc faciunt auctoritate habētis iustū bellū. scd̄m rod.) si sint eccłie incastellate vel non ex ꝓposito faciunt. Illi aūt qui ecc'as aliter offendunt multa enormia ibi cōmittēdo. puta accipiēdo corp⁹ xp̄i vel crucem vel altare frangendo vel hmōi licet dicātur esse (a ray.) excōicati: hoc tamen non videtur verū (scd̄m gof. host. ber. et rich.) nisi hoc faciāt cum fractiōe ecclesie de qua tn̄ loquitur capi. cōquesti. Uel cum fractione rerum sacrarum in ecclesia cōtentarum (scd̄m rich. q. de immunitate ecclesie.) et sic pōt verificari opiniō ray. puta si accipiatur corpus christi cum fractione sacrarū in quo ponitur. et sic itelligitur illd. 17. q. 4. Omnes ecclesie. vbi excommunicantur raptores ecclesiarum. Uel intelligitur (secūdum rod.) de excommunicatiōe minori quia est omnis sacrileg⁹ excommunicatus. auferendo. s. sacrum de sacro vel sacrum de non sacro vel non sacrum de sacro. Dicitur autem fractor ecclesie/qui dolo malo violenter parietem foderit/aut vitream/aut ferraturam/aut ostia/aut cardines/aut tectum/secūdō eundē. *de excommunicatione minori.*

¶ Tertius casus quando papa aliquem nominatim excōmunicat quem solus papa absoluit: sic etiam absoluit omnes ei participantes in crimine ꝓpter qđ excommunicatus est. extra de sētēn. excomuniū. Significauit. vel etiam qui ei participant scienter in diuinis. vt quidam dicunt per dictum capitu'um. Significauit. Alij autem dicunt ꝙ capitulum predictum intelligit de participantibus in crimine ar.3. 3 *excōcatus a papa nominatim, participans in diuinis indiget absolutione papali*

vel quando primus erat excom municatus a papa cum partici pãtib9. prime opinionis est hostiensis et est verior secundum richardum. quia magis est con sona textui. non tamen extenditur hec constitutio ad alios a papa. secundũ gofridum et hostieñ. nec ad excõmunicatos a iure. ¶ Quartus cas9 est de falsificãte litteras papales. vel fal sis scienter vtente. extra de falsarijs. Dura &c. Falsariorꝫ. Dicitur autem falsarius scd̃m glo. quicunqꝫ radit vel immutat rescriptũ pape. ponuntur etiã plu res modi falsariorũ eodem ti. c. Licet quoqꝫ vn9 ẽ. si bulla falsa apponatur falsis litteris alius vero si bulla vera falsis litteris inferatur multiqꝫ alij in textu et in glosa. Dicit tamen Richard9 ꝙ de litteris que per nullam rasuram apparere possunt vtiles. puta de littera citatoria data a ducẽtibus annis est aliter iudicandum. ac etiam de rasura facta per eum qui litteras scripsit Non est etiam excommunicat9 impetrans litteras a domino pa pa tacita veritate vel falsitate suggesta. Nec etiam ille qui litteris apostolicis vtitur sub alio nomine impetrãtis. vt idem di. ¶ Habentur etiã duo casus ivi. Primus est de insecutorib9 cardinalium. vt extra de penis. Felicis. ¶ Secundus est de illis q̃ occasione alicui9 sententie late dant licentiam grauandi eos q̃ eam tulerunt de quo videbitur in. xx. casu. ¶ In clemẽtinis sũt casus quinqꝫ. Primus est inquisitores hereticorũ odio, gratia, amore vel lucro contra iusticiã et conscientiam omiserint contra quẽpiam procedere vel ipsã heresim alicui imponerent seu impedimentum sui officij. vt habetur de here. multorũ: in fine. ¶ Secũd9 de religiosis qui absqꝫ licẽtia spali prochialis presbiteri sollennizarent matrimonia aut ministrarent sacramenta eucharistie vel extreme vnctionis. sufficit tamen licentia par rochialis presbiteri etiam si non sit sacerdos. vel eius vicarij qui gerit ordinariam curam ecclesie. Item sufficit licentia dyocesani. vt notat iohannes. an. extra de priuile. Religiosi. i clemẽtin. Sufficit etiam licentia data religioso vel parrochiano secundum astexanum. licet non exprimatur nomen religiosi: dũ tamen specificetur sacramẽtum. et quo ad scolares mercennarios et his similes intelligitur p̃sbyteri in cuius parrochia habitant. vt idem dicit et iohannes andree. ¶ Item similiter excom municati sunt religiosi qui excommunicatos a canone absol uerent in casibus non concessis aut absoluerent a sententijs per statuta prouincialia siue sinodalia promulgatis. aut absoluerent a pena et culpa. vt in dicto ca. Religiosi. Non incidũt autẽ in hanc sententiam si ignoranter absoluant ligatos sententijs synodalibus cum non teneantur scire huiusmodi sententias. vt dicit directorium iuris. ¶ Tertius de insecutoribus seu persecutoribus episcoporum de penis. Si qs. de quo ibi multa

ponuntur. ¶ Quartus de cle-
§.11 ricis et religiosis inducentibus
ad vouendum iurandum vel pro
mittendum de eligenda apud
eos sepultura. vel vt iam electã
vlterius non immutent. de pe-
nis. Cupientes. Sic autem eli-
gẽtes nõ possunt in ecclesiis sic
electis sepeliri. nec alibi eligere
sepulturã. extra de sepulturis.
Animarum. li.6. Secus autem
esset si proprio motu hoc venis-
sent secundum hostieñ. ¶ Quin
§.12 tus de dominis temporalibus q
celebrare cogunt in loco interdi
cto. vel ad audiendum diuina
[illegible]ant (excõmunicatos vel in-
terdictos) vel prohibent eis ne
moniti exeant. Et idem de illis
qui nominatim a celebrãtibus
missas moniti non exeunt. vt de
§.13 sen. excommu. Grauis. ¶ Item
de illis qui ferrũ arma et equos
ad impugnandum christianos
et alia necessaria deferunt vel
transmittunt/ seu galeas vel na
ues vendunt vel impignorant/
vel in pyraticis sarracenorum
nauibus gubernationem exer-
cent / vel impendunt consilium
vel auxilium in dispendium ter
re sancte. extra de iudeis. Ita
quorundam. et ca. Ad liberan-
dum. Et est casus papalis vt di.
bar. per quandam extrauagan
tem clemẽtis quinti: cuius prin
§.14 cipium. Multa. ¶ Sunt etiam
alii casus plurimi. Primus cum
quis nouam heresim confingit/
seu in heresim iam damnatam
incidit. aut est credens recepta
tor/ vel fautor hereticorũ. extra
de here. Ad abolendam. et cap.
excommunicatus. et cap. Sicut

ait. Et generaliter quoscũque ro-
mana ecclesia vel singuli episco
pi cum consilio clericorum here
ticos iudicauerint. ¶ Secundus §.15
cum quis asserendo dicit roma
nam ecclesiam non esse caput
omniũ ecclesiarum: nec ei tanquam
capiti obedieñ. di. 19. Nulli fas
¶ Tertius qñ rectores ciuitatis
faciunt exactiones indebitas in §.16
clericos et ecclesias: et moniti nõ
desistunt. extra de immunitate
ecclesie. Non minus. Dicitur autem
in eodem ti. c. Aduersus. quod si ta
lis occurrat necessitas quod laicorum
non suppetant facultates/ con-
sulatur papa per epm et clerum.
¶ Quartus cum quis nõ electus
a duabus partibus cardinaliũ §.17
gerit se pro papa. ex. de electio-
ne. Lz. ¶ Quintus cũ quis ma-
gister vel scolaris tractat cũ ali §.18
quo siue bononieñ. de cõductio
ne hospitii irrequisitis inqlinis
nisi tempus cõductionis fuerit
elapsum. extra de locato. Ex re-
scripto. ¶ Sextus cũ monachi
canonici regulares archidiaco §.19
ni/ decani/ prepositi/ cãtores
aut alii clerici personatus haben
tes. vt primicerius/ thesaurari-
us/ succentor. et huiusmodi aut
etiam quicunque presbyteri audi
unt leges vel phisicam. extra.
Ne clerici vel monachi. Nõ ma
gno opere. etc. Sup specula. Se
cus si habent ecclesiam tantum
parrochialem. et non sunt pres-
byteri. extra. Ne clerici vel mo-
nachi. Statutum. libro sexto.
Per phisicam autem itelligitur
medicina qua fiunt confectiões
per quas consulitur languenti-
bus: vt patet i ca. Non magno-

pere. Illi autē qui predicta au-
diunt in claustro non incidunt
excommunicationem scdm ho-
stien. et innocen. vt pz ex dicto. c.
¶ Septimus cum quis partici
§. pat cum aliquo in crimine pro-
20. pter quod excōmunicatus est dā
do ei consilium/auxilium vel fa
uorem. extra eodem. Si concu-
bine. Et intelligitur scdm rodo.
tam de excommunicatione a iu
re q̄ a iudice. Et secūdu richar.
de cōsilio vel fauore sine quo a-
lias nō esset facturus. Secus est
si fauet impunitati criminis per
petrati, excipitur tamen ad hoc
crimen heresis. extra de hereti-
cis. Excōmunicamus §. Credē
§.21 tes. ¶ Octauus Omnes qui fece-
rint statuta contra libertatē ec-
clesie et scriptores eorum et po-
testates/cōsules/rectores. et cō
siliarij locorum vbi talia statu-
ta seu etiam cōsuetudines edite
sunt vel seruate et qui ea serua-
re fecerint. et illi qui secundum
illa iudicauerint. vel in publicā
formam redegerint iudicata ex
tra. e. Nouerit. et cap. Grauem.
§.22 ¶ Nonus contra illos qui inni
tuntur alienationibus bonorū
ecclesie a scismaticis factis extra
de scisma. capi. 1. Ordinationes
autem talium sunt irrite q̄stum
ad executionem: nisi fuerit cum
eis dispensatum. Sunt autem
dicti casus ex iuribus antiquis
collecti. ¶ Casus vero sequen-
tes sūt i Sexto. Primus de quo
§.23 cunq̄ qui loquitur secrete / vel
mittit scripturam vel nuncium
alicui cardinali quando sunt re
clusi occasione: electionis pape
extra de electionibus. Ubi peri-

culū. Et de dominis rectoribus
et officialibus ciuitatis qui im-
minente dicta electione non ser-
uarent dictam constitutionem.
Secundus de his que grauant §.
aliquos pro eo q̄ rogati seu ali 24.
as inducti eū pro quo rogaban
tur seu inducebantur eligere no
luerunt/ vel consanguineos eo-
rum aut ipsas ecclesias seu loca
beneficijs vel alijs bonis spoliā
do seu alias iniuste prosequen-
do. extra de ele. Sciant cuncti.
¶ Tertius casus est q̄ excommu §.25
nicati sunt vniuersi et singuli qui
regalia siue custodiam siue gar
diam aduocationis vel defensi
onis titulum in ecclesijs mona-
sterijs vel quibuslibet alijs pijs
locis de nouo conantes vsurpa
re bona ecclesiarum aut mona-
steriorum/aut locorum ipsorum
vacātium occupare presumunt
q̄cunq̄ dignitatis honore pre
fulgeant. 6. de elec. ca. generali.
Per vniuersos secundum ioha.
monachi. Comprehēduntur eti
am mulieres. quia masculinum
prolatum a canone crimina pu
niente feminas comprehendit.
vt. 17. q. 4. Si quis suadente. Cō
prehenduntur etiā clerici et lai-
ci siue faciant tanq̄ persone sin
gulares siue qualitercunq̄. ita
tamen q̄ si nomine vniuersita-
tis fiat/ facientes consentientes
tm̄ sūt excōicati/innocentes ve-
ro non. q2 excōicatiōis pena nō
debet quis teneri nisi culpa sua
licet secus sit in interdicto. 6. e.
Romana. Per regalia intelligi-
tur collecta que fit occasione re
gis vel imperatorum vel tribu-
tum quod regi debetur q̄ se for-

te dicebat patronū seu iura que ad regem vel imperatorem pertinere consueuerunt vtpote vectigalia/ sed erant ecclesijs concessa: et mō vult ea aliquis vsurpare de nouo. ¶ Per custodiam et alia que sequūtur intelligit ius patronatus qd' sm diuersas regiões sortiūtur diuersa noia, vñ extra de iure patronatus. Preterea. 2. Patroni dicūtur aduocati vice dñi custodes seu gardias habentes. per pia loca possunt intelligi hospitalia. Excommunicati etiam sunt clerici et psone cetere hmōi locorum hec fieri procurantes. e. titulo. Clerici. ¶ Etiam se talibus nō opponentes nichil pcipere debent de prouentibus ipsaꝝ ecclesiarum vel locorū pro tēpore quo predicta pmiserint sine debita ꝯtradictione. vt ibidē dr. Dicitur autē ius patronatus auctoritas proueniens ex beneficijs ante consecrationem ecclesie collatis puta auctoritas presentandi ad ecclesiam vacantem ratiōe fundationis dotatiōis ꝛ edificationis ipsius. Non potest aūt patron⁹ aliquid ab ecclesia exigere: nisi quod fuerit ei in fundatione cōcessū extra. e. pterea. 2. ¶ Quartus de electoribus ad regimen vrbis rome/ de electis et fautoribus qui fecerint contra cōstitutionem super hoc factam extra de electione. Fūdamēta. ¶ Quintus de his qui vocantur ad dirigendas moniales in electionibus nisi abstineāt ab his p que potest in eis discordia oriri vel nutriri extra de electione indennitatibus. ¶ Sextus de his qui procurant q cōseruatores dati intromittant se de his que non licet puta de alijs q̄ de manifestis iniurijs ꝛ violentijs. extra de offi. delegati. statuimus. lib. 6. nec pñt absolui nisi parti grauate satisfaciant de expēsis. e. hac cōstitutione. ¶ Septim⁹ de his qui absolutionē ab aliquā excōmunicatione vel reuocationem eius aut etiam suspēsionis aut iterdicti extorquent per vim vel metum. Nam non valet absolutio ꝛ incurritur noua excommunicatio. extra de his qui vi. ca. absolutionis. ¶ Octauus de eo qui fingit fraudulenter causam aliquam per quam aliquis iudex vadat vel mittat ad aliquā mulierem pro testimonio. extra de iudicijs mulieres. li. 6. ¶ Nonus de his qui prelatos vel capitula vel aliam personam ecclesiasticam compellunt ad submittendum laicis vel alienandum bona immobilia / vel alia iura ecclesiarum et similiter laici qui hec sibi iniuste vsurpant: nisi moniti destiterint. extra de rebus ecclesie. hec ꝯsultissimo. ¶ Decimus de his qui exigunt pedagia vel guidagia a rebus vel personis ecclesiasticis. vi. de censibus. q̄ꝗ̄. sed iste casus reuocatur per septimum decretalium. de immunitate ecclesie. quoniam vbi vult q ꝯtra quoscunqꝫ laicos extorquentes tallias seu collectas/ aut quascunqꝫ exactiones. seruetur statutum consilij lateranensis. extra. e. nō minus. et capitulo aduersus. vbi tales excommunicantur ipso iure: si moniti nō desistant ac

etiam successores excessum predecessorũ infra mensem nõ purgantes. hec secundum alexanũ Oppositum tamen bartholinus pro qua facit illud quod habetur. lib.7. de censibus. capitulo presenti in textu ꝛ in glosa intelligitur autem de pedagijs que exiguntur de rebus quas clerici non causa negociationis defferunt vel deferri faciunt. quia de his que causa negociationis deferrentur non haberent clerici hanc libertatem. ¶ Undecimus de his qui impedirent iudicium iudicis ecclesiastici ordinarii vel delegati compellendo recurrẽtes ad forum ecclesiasticum in causis que de iure vel antiqua consuetudine ad ipsum pertinent ad sistendum vel litigandum in foro seculari de eis ipsos iudices vel litigantes/ aut eorũ propinquos in personis vel rebus quocunqȝ modo grauando vel alias seu ad predicta cõsilium auxilium vel fauorem dãdo. 6. de imunitate ecclesie. quoniam. nec debent tales absolui nisi prius satisfecerint iudici cuius iurisdictio fuerit impedita/ ꝛ parti grauate. ¶ Duodecimus de dominis qui inhibent subditis suis ne personis ecclesiasticis vendant vel ab eis emant vel ipsis bladum molant/ seu panẽ coquãt/ aut alia huiusmodi obsequia exhibere presumant. 6. de immunitate ecclesie. eos qui. ¶ Tertiusdecimus de religioso qui temere in scolis vel alibi habitum religionis sue dimittit/ vel accedit ad studia nisi a suo prelato de consilio maioris partis conuentus sit ei licentia concessa. 6. ne clerici vel monachi vt periculosa religiosis euagandi materia subtrahatur. Dicitur autem temere fieri secũdum io. monachi qđ fatue vel sine causa fit. Ex causa enim licitum est habitum transformare. Ex preceđ. patet ꝙ religiosi habitum sue religionis dimittentes ratione dormitionis vel alicuius ludi honesti non incidunt in hanc sententiam. cum pene non sint ampliande sed potius restringẽde. Et vt dicit hylarius intelligentia dictorum ex causis sit assumenda dicendi. Fuit autem hec decretalis edita sicut patet ex littera. vt tolleretur religiosis materia euagandi seu extra conuentum discurrendi ad aliqua fatua perpetranda que liberius committuntur in habitu seculari ꝙ̃ regulari ¶ 14. de doctoribus siue magistris qui sciẽter illos religiosos qui dimiserunt habitum docent leges vel phisicam. vt in dicto ca. vt in periculosa habetur. ¶ 15. quicũqȝ hereticos/ credentes/ receptatores defensores vel fautores eorũ traderent ecclesiastice sepulture nec tales possunt absolui nisi ꝓpriis manibus publice extumulent. et proijcient hmõi corpora dannatorum. ¶ 16. quicũqȝ rector secularis vel quicunqȝ officialis eius cognosceret de crimine heresis/ aut captos liberaret vel dyocesanoꝝ aut inquisitorũ officium impediret: extra de hereticis. vt inqͥsitionis. quam excõicationẽ si per annũ aĩo sustinuerit pertinaci extũc velut he-

§.39 reticus condennet. ¶17. de his
per ascisinos quecꝫ xpianũ occi
di procurauerũt/etiã si mors nõ
fuerit subsecuta. 6. ꝺ homicidio
pro humani. Tales etiã ac ipsos
ascisinos receptantes defenden
tes vel occultantes incurrũt ipo
facto excommunicationem ⁊ de
positionem ab officio et bñficio
Erant aũt ascisini quidã infide
les qui ex quibusdã falsis opi-
nionibus quibus fuerãt enutri-
ti/ de facili mittebantur ad occi
dendum quecũqꝫ xpianorũ non
§. curantes si ob hoc ipi occidedi
40. essent. ¶18. de clericis qui ma-
nifestis vsurariis alienigenis lo
cant domos. vel cõcedũt alio ti
tulo ad fenꝰ exercendũ. Si enim
sunt patriarche archiepi vł epi
in currunt ipso facto suspẽsionẽ
si sint iminores clerici incurrũt
excõicationẽ. Si est collegiũ vel
vniuersitas incurrunt interdi-
ctum. 6. de vsuris. vsurarũ vora
§. gine. ¶19. de his qui concedũt
41. represalias cõtra ecclesiasticas
psonas. dñr autẽ represalie qñ
aliquis oriundꝰ de vna terra dã
nificatur ab oriundo de alia. vł
etiam si debitum nõ soluitur ei:
tũc datur potestas illi spoliato
qꝫ satisfaciat sibi cõtra quemlꝫ
de terra illa vnde est ille spolia-
tor siue debitor. huiusmodi aũt
represalie et si inique sint ⁊ le-
gibus prohibite tanqꝫ naturali
equitati cõtrarie qꝛ aliꝰ ꝑ alio
grauatur. li. 6. de iniuriis et dã
no. Et si pignorationes. Nichilo
minus specialiter ibi prohibet
ne cõcedantur vel extendantur
cõtra psonas ecclesiasticas vel
bona ipsarum pretextu cuiuscũ
qꝫ consuetudinis Et qui contra
fecerint nisi reuocauerint infra
mensem: si persone sint singula-
res sunt excommunicate. si vni
uersitas est interdicta ¶Sꝫ po
ne qꝫ aliquis expoliatus portat
litteras ciuitatis sue ad ciuita-
tem vbi manet spolians et petit
iusticiam nec fit ei nunqꝫ ĩ hoc
casu potest cõcedi represalia?
Dicit iohannes andree qꝫ sic qꝛ
hoc modo non grauatur aliꝰ ꝑ
alio sed potiꝰ punitur rector vel
ciuitas ĩ suis ciuibus proptẽ ne-
gligentiam. Unde dicit augu. et
habetur. 23. q. 2 Dominꝰ qꝫ gẽs
vel ciuitas plectenda est que iu
dicare neglexit quod a suis im-
probe factum est. vel reddere qꝫ
per iniuriam ablatum est. ita
tamen quod etiam in hoc casu
ad clericos non extendatur et
qꝫ sibi de rebus non auctoritate
propria sed iudicis satisfaciat.
¶Uicesimus si rector vel domi §. 20
nus temporalis non fecit obser 42.
uari ea que statuuntur cõtra in
secutores cardinalium seu ali-
cuius de familia eorum vel pa-
pe. li. 6. de penis felicis. ¶21. q §.
cũqꝫ dant licẽtiam capiendi oc- 43.
cidendi seu alias in personis vł
bonis suis vel suorũ grauandi
eos qui cõtra reges barones no
biles vel quoscunqꝫ alios protu
lerint excõicationis suspẽsionis
vel interdicti sententias siue il-
los quorum sunt occasione pro
late vel eos qui eas obseruant
seu qui taliter excommunicatis
cõicare nolũt nisi licẽtiã ipam.
reintegra. i. iniuria nõ illata re-
uocẽt vel si ad bonorum captio
nem occasione ipsius licentie sit

processum nisi ipsa bona fuerint
infra octo dierum spacium resti
tuta. Silr et q̃ dicta licentia vsi
fuerint vel etiã motu ꝓprio sine
licentia fecerint hec: excõicatio=
nẽ incurrũt in qua si permanse=
rint per duos menses non nisi a
papa absoluẽtur. 6. de sentẽtia
§ excõicationis quicũq. ¶22. q̃n
44. aliqs ab excõicatione iuris vel
iudicis absolutus fuit i mortis
articulo vel alio impedimento
si cessãte articulo vel ipedimẽto
non representet se q̃citius com
mode poterit ei a q̃ absolui de=
beat mandatum illius sup hoc
suscepturꝰ. ⁊ prout iusticia sua
debit satisfacturus reincidit in
§ eãdẽ sentẽtiã. extra. c. eos. ¶23.
45. quando aliqui absoluũtur a se
de aplica vel a legatis. ⁊ iniun=
gitur eis ꝙ se presentent ordina
rijs vl alijs suscepturi penitẽtiã
et passis iniuriã seu eis quibus
obligati sunt satisfaciant: si hoc
non faciunt cũ primo commode
poterũt reīcidiũt in eãdẽ sẽtẽtiã
vt in dic. ca. eos. ¶Itẽ sunt alij
casus excõis in clementinis de
quibus quinq̃ sunt papales vt
dictũ est prius. alij vero sunt isti
§ ¶Primus de his qui in cimite=
46. rijs sepeliũt corpora tp̃e interdi
cti in casibus non concessis a iu
re. vel q̃ excõicatos publice aut
noiatim interdictos vel vsura=
rios manifestos scienter sepeli=
unt a qua excõicatione nõ debẽt
obsolui nisi prius ad arbitrium
dyocesani satisfecerint eis q̃bus
per premissa fuerit iniuria irro=
gata. 7. de sepul. ca. primo. De
interdicto videbitur in fine hu=
ius disti. De sepulturis autem

vsurarioꝝ nota ea que dicta sũt
15. distin. in fine materie de vsu=
ris: Secundus est de religiosis §
q̃ decimas ecclesijs debitas ad
ipsos ex aliqua causa legitima 47.
non spectantes: appropriant si=
bi vel vsurpant vel dari a suis
non permittunt vl prohibent/ ni
si postq̃ requisiti fuerint destite
rint infra mensem/ ⁊ satisfecerint
infra duos menses dannificatis
ecclesijs. Tales enim sunt sus=
pensi ab administrationibus et
beneficijs suis. qui vero benefi=
cia non habent ipso facto sentẽ=
tiam excommunicationis incur
runt. 7. de decimis. religiosi.
¶Tertius de monachis nigris §
et regularibꝰ canonicis qui nõ 48.
habent administrationem ⁊ cõ=
conferunt se ad curias principi
um sine licentia prelatorum suo
rum vt dãnum aliquod inferãt
prelatis suis vel monasterio. §
¶Quartus de predictis mona 49.
chis qui infra septa monasterij
sine licentia arma tenẽt. hi duo
casus habentur. 7. de statu mo § 50
nachorum. ne in agro. ¶Quin=
tus de his qui impedirent visi=
tatores monialium vel canoni=
carum/ nisi moniti destiterint de
statu monacho. attendentes.
¶Sextus de quibusdam mulie § 51
ribus que beguine dicebantur
nullam regulam profitentibus
et errores multos contra fidem
introducentibus. et de religio=
sis ipsas fouentibus: de religio=
sis domibus. cum de quibusdã.
¶Septimus de illis qui sciẽter § 52
contrahunt matrimonia in gra
dibus consanguineitatis vel af=
finitatis ꝓhibitis/ vel cum mo=

nialibus.et de clericis in sacris constitutis seu religiosis ac monialibus contrahentibus.7.de consanguinitate et affinitate.eos

¶ Per hoc autem q dicitur scienter non ligant ignorantes ignorantia facti. scilicet ignorabant se esse consanguineos vel affines.

¶ Ignorantes tamen ius hoc prohibens ligantur.6.de regu. iuris. Ignorantia facti non iuris excusat. Sed quid si contraxerit ignorans / et postea sciuit et cohabitauit. dicit iohannes andree ei q licet talis peccet cognoscendo eam carnaliter non tamen ligatur. quia ista constitutio non punit cohabitationem sed contractum. hoc patet ex eo q sine iudicio ecclesie non posset ab ea diuertere. extra de diuortio porro.

§. 53. ¶ Octauus de inquisitoribus hereticorum et commissariis ipsorum seu episcoporum super hoc deputatis qui pretextu officii inquisitionis quibusuis modis illicitis pecunias extorquent vel scienter bona ecclesiarum ob delictum clericorum fisco et ecclesie applicant/nec possunt absolui nisi in mortis articulo donec illis a quibus extorserunt plene satisfecerint de pecunia. nullis priuilegiis pactis aut remissionibus super hoc valituris. vt de hereti. nolentes.

¶ Dicitur autem fiscus secundum aster. saccus regius in quem inducuntur bona damnatorum et proscriptorum. et confiscari est in fiscum induci. vnde dicitur bonorum omnium facta confiscatio. Intelliguntur autem predicta. vt dicit io. andree. si habeant vnde satisfaciant excusat eum paupertas. extra de vsuris. cum tu.

¶ Nonus excommunicati sunt potestates capitanei rectores et consules iudices et consiliarii ac alii officiales qui statuta faciunt dictant vel scribunt per que quis compelletur soluere vsuras vel solutas non repetere vel quecumque supradictorum statuta huiusmodi hactenus edita de libris communitatum si super hoc potestatem habuerint infra tres menses non deleuerit. seu qui huiusmodi statuta aut consuetudines effectum eorum habentes quocumque modo presumpserint obseruare vel secundum ea iudicare de vsuris ex graui.li.7. §. 54.

¶ Decimus excommunicati sunt transgressores constitutionis que religiosis mendicantibus domos ad habitandum vel loca queque de nouo recipere/recepta nunc vsque mutare vel ea transferre in alios cuiusuis alienationis titulo interdicit. vii. de pen. cupientes. habetur autem preterea constitutio de excessibus prelatorum cum ex eo li.6. vbi papa inhibet predicta fieri absque sedis apostolice licentia speciali. oppositum si fiat irritum decernendo. Per hoc tamen non intendit interdictum eis qui vitam duxerint heremiticam siue solitariam eligendam de maiorum suorum licentia quin cellas mansiones seu habitacula in heremis seu locis vbi non sit hominum habitatio de propinquo possint acquirere ac mutare. vt dicitur ibidem. Et notandum secundum tho. ii secunda secunde q vita socialis seu congregationis religionis necessaria est ad exercitium perfectionis in qua religiosi mutuo se instruunt §. 55

vbo et exemplo et correctione q̄ ad perfectionem perducūt. quapropter si absq predicto exercitio assumatur vita solitaria est periculosissima: nisi per diuinam gratiam suppleatur. ¶ Undecimus de religiosis qui in predica-
§. 56. tione vel alibi dicunt aliqua verba vt a solutione decimarum ecclesijs debitarum retrahant audientes. vt in dicto capitulo Cupieñ. ¶ Duodecimus est q religiosi qui scienter postposuerint
§. 57. confitentibus sibi conscientiam facere de hmōi decimis soluēdis cū sup hoc fuerit a rectorib⁹ req̄siti. vt dclarauit eugeni⁹ quart⁹ sūt suspēsi a p̄dicationis officio: donec si cōmode poterint faciant eis cōscientiā si hoc ipsū eis dicendi cōmode facultatē habuerint: et exinde. i. postq̄ omiserint hoc facere: excōicationē incurrūt ipso facto si predicare presūpserit predicta negligentia vt premititur non purgata. vt i dicto ca. Cupieñ. Precipit quoq ibidem idem papa districte oibus religiosis q quotienscūq predicabūt in p̄ma / quarta et vltima dominica. 40. ꝛ i festis ascēsionis dominice pēthe. natiuitas beati iohānis baptē / assumptionis et natiuitatis beate marie: audientes informent de solutione decimarū. si a rectoribus fuerit requisiti. scienterq hoc facere omittentes. per suos superiores grauiter arguantur quib⁹ etiā superioribus in virtute sancte obedientie precepit vt contra taliter omittentes / statuta penalia faciēt scđm que sic acriter puniant trāsgressores q pena eorū sit ceteris in exemplum. ¶ Ter- §. 58
ciusdecimus de religiosis quibuscunq qui non seruant interdictum q sciunt ecclesiā cathedralem vel matricem obseruare et hoc siue sit positum auctoritate apostolica vel ordinariorum vel statutoꝝ prouicialiū. seu qđ sibi vendicant conuētus siue collegia secularium vel regularium ecclesiarum. 7. e. Ex frequētibus. Et hoc non obstantibus appellationibus quibuscūq lʒ eni i interdictū esset nullum propter appellationē precedētē: est tamen a religiosis obseruādum si illud obseruet ecclesia matrix cū moderatione tñ illius decretalis. Alma mater. Dicitur aūt ecclesia matrix ecclia maior seu baptismalis que p baptismū filios spūaliter generat. Ex primitur quoq ecclesia matrix. q: qñ q interdicunt loca nō habentia inter se ecclesiā cathedralem habentia tamen matricē. ¶ Quar- §. 59.
tusdecimus de fratribus minoribus qui tempore interdicti recipient ad diuina fratres vel sorores de tertio ordine. de sen. ex cōis Cū ex eo. Et notandū q pyrate ter in anno ab ore sūmi pontifices excōmunicāt: vt hostieñ. refert. Ponūtur quidam alij casus in quibus non est lata sentētia sed ferenda. s. de sagitiarijs artē. s. illā contra xpianos exercentibus: supple i bello iniusto vt ponitur in directorio iuris.
§. 60. ¶ De imponētibus noua thelonea vel pedagia pegrinis et mercatoribus sine auctoritate principū ac pereginos spoliantibus vel capientibus / sortilegijs que

q et diuinationibus intendenti bus. Ponitur etiā a ber. de capiē tib9 vel spoliantib9 nauigantes aut naufragiū passos. extra de raptorib9. Excommunicationi. sed inocen. dicit q est canon sen tentie ferende. Tales tamen sec cādū aster. libro primo circa ini tium septimi precepti mortaliter peccant: nec eos excusat consue tudo cū sit cōtra illud preceptū. Diliges proximū zc. Ponuntur etiā quidā casus a ricq. qui nūc nullius sunt vigoris: q per pro hemium sexti cassantur decreta les precedentes in corpore iuris non contente. Non erat aūt sex tus tēpore richardi editus. Uñ omittit quosdā casus bonifacij vt de insecutoribus cardinaliū et electionibus monialium. licz ab ipso quedam decretales alle gentur: que in sexto inseruntur.

§. 61. ¶ Utrū violans imunitatē eccle sie sit excōicatus ipso iure puta extrahens violenter ab ecclesia aut cimiterio: sine tñ ecclesie fra ctione. ¶ R̃ñ. q nō. sz post moni tionē sufficiētē si emendare con tēpserit: est excōicandus. 17. q. 4. Nullus. Et hoc nisi ille q ad ecclesiā ꝯfugerat sit public9 la tro qui. s. publicas stratas seu vias aggerssionis insidijs obsi det. seu qui i stratis publicis in sidiatur et aggredit: vel noctur nus depopulator agrorum qui scilz de nocte agros vel vineas incēdit vel destruit. Tales enim ab ecclesia extrahi possūt. extra de imunitate ecclesie. Inter alia Si etiam seru9 fuerit qui ad ec clesiā cōfugerit. postq̄ dñs eius de impunitate sua clericis iura mētū prestiterit: ad seruitiū dñi sui redire ꝯpellitur etiā inuitus alioqui a dño poterit occupari: vt dz ibidem: nisi ex aliquib9 cir cunstactijs verisimiliter presu matur q dñs nō seruet iuramen tum. in quo casu erit etiam alia pena exigenda. Illos autem qui homicidia z mutilationes mem brorum in ecclesijs vel earum ci miterijs cōmittere non verentur qui nisi per ecclesiā ad quā con fugiunt crederent se defēdi nul latenus fuerant ꝯmissuri: nō de fendit ecclesia. extra. e. Immuni tatem. Et idem est iudicium de cōmittentibus ibi furtū vl' aliud crimen scdm host. et ber. lz gof. aliter dicat. Frustra auxiliū le gis inuocat qui cōmittit in legē vt dz in dicto cap. Habet autem cymiteriū eādem imunitatē cū ecclia vt dicit host. ¶ Sz vtrum defendat excōicatū excōicatiōe maiori dubiū est apud aliquos magis tñ videtur dicendum q sic de iure. Consuetudo tamē re giōis approbata quo ad hoc de bet obseruari scdm rich. Nec tā tum defendit confugientē ad se ecclesia consecrata: sed etiā non consecrata in qua diuina miste ria celebrātur. vt dz extra de im munitate eccle. Nec hoc priui legiū amittit ecclia iterdicta se cundū host. si etiam ꝯfugiēs ad ecclesiā obuiet sacerdoti portan ti corpus christi z sibi adhereat defendi debet ab ecclesia: q̄uis in iure non sit expressum vt idē dici. quia creaturarum domino magis q̄ creature debet deferri Cui congruit illud. ¶ Si teti gero fimbriam vestimenti eius.

salua ero. ¶ Predictam autem libertatem habet confugiẽs ad ecclesiam etiam extra eam infra triginta passus. 17. q. 4. Quisquis et ca. Diffiniuit: vt ad requisita nature debitis exeat locis. Ita tamen q̄ nõ accedat ad alias domos. Hoc priuiligium de triginta passibus non habẽt capelle que sunt infra ambitum murorum castellorum situate: vt ibi. 17. q. 4. dicitur. Eodem etiam modo defenditur confugiẽs ad domum episcopi. Id cõstituimus. ¶ Non debet autem vt dicit Raymundus ecclesia in castellari vel muniri vt inde fiat guerra: sed propter metum paganorum vel predonum: et possunt ibi habere refugium non solum clerici sed etiam layci: et defendere ecclesiam et ea que in ea sunt ar. extra de custodia eucharistie. Relicqui. vbi Innocentius tertius inhibet ne superlectilia in ecclesia admittantur nisi propter hostiles incursus aut incendia repentina seu alias necessitates vrgentes: ad eas oporteat haberi refugium. sic tamẽ vt necessitate cessante res in loca pristina reportentur. Precipit quoq̄ vt oratoria / vasa corporalia / et vestimenta ministrorum palleq̄ altaris munda & nitida conseruentur. Nimis enim videtur absurdum i sacris sordes negligere: que dedecerent etiam in prophanis. Non debent etiam in ecclesie aut cymiterio fieri cõuiuia: nisi forte transeuntes hospitiorum necessitate illic reficiantur nec ibi quicq̄ aliud gerantur q̄ quod diuinis laudibus cõ ueniat. distin. 42. circa finem. In ecclesia etiam non debent fieri ludi ad lasciuiam vel voluptatem inducentes. extra de vita et honestate. Cum decorem. Sec⁹ vero de honestis & deuotis representationibus. vt representare presepe domini et magos et huiusmodi: que potius inducũt ad deuotionem q̄ vanitatem. vt dicit ibi glosa. Cessare etiam ibi debent contentiones & publica placita. vana et multo fortius feda et prophana colloquia. Nec debent ibi fieri negociationes nec strepitus iudiciorum secularium. Processus enim iudiciorum secularium et sententie: in dictis locis ipso iure non valent. extra. e. Decet domum. libro sexto. Dicitur autem emunitas & immunitas ab e / quod est extra vel ab in q̄d est non et munera: quasi extra munera vel sine muneribus data libertas. Unde immunitas et libertas ecclesiastica sepe sumũtur pro eodem. ¶ Proprie tamẽ loquendo ille dicitur violator ecclesiastice immunitatis qui violat locum sacrum hominem inde violenter abstrahendo vel ibi aliquem maliciose verberando seu inde furto vel rapina res sacras vel non sacras auferendo. Uiolator vero ecclesiastice libertatis dicitur is q̄ cogit viros ecclesiasticos soluere salinaria / pedagia vel alia subsidia. ¶ Dicuntur autem pedagia que dantur a transeuntibus in locis statutis a principe / que alio nomine dicuntur vectigalia / ratione eorum que vehuntur vel portantur. Guidagia dicuntur que dã

tur propter ducatuz per terram alicuius vt quis eat securi⁹. Salinaria dicuntur que dãtur pro sale vt ematur vel vẽdatur ¶ An priuata oratoria domorum habeant priuilegiũ immunitatis? ¶ Dicũt hostieñ. et gof. q̃ nõ ho dic namq̃ quod est oratorium: cras poterit esse camera. Et notandum q̃ in ecclesia nullus debet mortuus sepeliri. nisi episcopus aut abbates/aut digni presbyteri/vel fideles laici. Et intelligitur de fidelibus miracula facientibus (secunduz quosdam) vel de fidelibus in dignitate cõstitutis vl' (vt dicit glo'a) de quolibet christiano. id est non gentili vel pagano. de conse. distin. prima. Ecclesiam.

De iniectiõe manuum in clericos sũt aliqua ɔsiderãda ¶ Et primo sciendũ q̃ sunt aliqui casus i quib⁹ percutiens clericũ nõ est excõmunicatus ¶ Primo qñ ignorabat q̃ esset clericus: puta q: comã nutriebat. de sen. excõ. extra. c. Si vero. Et si hoc fuerit dubiũ: propria manu dz ɔstare iuramentũ q̃ eũ eẽ clericũ ignorabat Quod si ɔstare noluerit: tanq̃ excõicatus dz euitari: vt ibidem dicitur ¶ Quid si credas ɔcutere petrũ laicũ et in persona errãs ɔcutis martinũ vel petrum clericum? Dicunt quidã q̃ talis incidit in canonem. et hec opinio est tutior secundum hostiẽsem. Alij dicũt q̃ non incidit. et huius opiniõis est innocentius. que opinio videtur magis consonare illi capitulo. Si vero. Concordat directorium iuris. ¶ Quid de casu ecõuerso: vt si credẽs percutere clericum percutiat laicum? Dicũt raymundus et hostiensis q̃ talis non est excommunicatus. q: littera canonis exigit actum cũ dicit. Si quis iniecerit manus violentas in clericum. ¶ Secundus in clerico qui contẽpto habitu clericali/tyrannidi et enormitatibus se immiscet puta seditionem vel guerram mouendo/ aut attrociter et publice deliquẽdo. extra. e. Cum non ab homine. ¶ Tertius in clerico coniugato qui tonsuram et vestes clericales non deffert. 6. de clerico coniugato. Clerici. Clericus autem non coniugatus/propter solam dimissionem habitus clericalis non amittit priuilegiũ clericale/nisi quando tertio monitus se non corrigit extra. e. Contingit. 2. Non debent autem clerici portare vestes incisas et ligatas nec varij coloris/nec rubeas/nec virides/nec nimis longas nec nimis breues nec de serico sed de lana De quo. 41. di. §. Finali. 21. q. 4. et de vita et honest. cle. Clerici officia. Et in cle. c. Qm̃. vbi ponuntur varie punitiones cõtra clericos virgatas aut partita veste vtentes. Ex causa tñ peregrinationis timoris et alia simili: licet clericis habitũ transformare 21. q. 4. Epi. ¶ Quartus casus est i illis qui non in ira sed iocose se percutiunt. extra. e. ca. primo. Si etiam sacerdos non libidine vindicte puerum clericũ importune cum eo ludẽtem cũ moderamine per

§.10 ¶ Quid de leprosis qui domū i trant leprosoꝝ: nūquid p̄sbyter parrochialis petere pōt canoni cā portionē? Rñdet rob. q̄ nō p̄t de iure. qꝛ per idē est ac si trāsie rint sani ad religionē / nisi forte morerētur ex violentia lepre. In hoc tñ tenēda ē ꝯsuetudo ¶ No tandū q̄ si aliq̄s hñs duo domi cilia i quib⁹ equaliter moratur eligat alibi sepeliri: eccl̄e domi ciliorꝝ diuidēt inter se canonicā portionē. li. 6. e. ti. Cū q̄s. Pro hibētur in cimiterio sepeliri pa gani et iudei. de con. di. 1. Eccle siam. Itē excōicati. li. 6. d̄ priui. epoꝝ. Itē q̄ ex desꝑatione vel ira se iterficiūt. 23. q. 5. Placuit. Recōsiliati sunt sepeliendi et illi in quibus signa pñie apparent ad qđ ꝓbandū sufficit vn⁹ testis 29. q. 6. Qui recedūt. Excipiunt̄ illi qui i torneamētis cōgrediēdo letale vulnus accipiant q̄ ca rere debēt ecclesiastica sepultu ra lꝫ eis pñia nō neget̄ et hoc vt alij territi a talib⁹ abstineāt. Di cuntur aūt torneamēta nūdine in q̄bus milites cōuenire solent causa lucri sicut ad nūdinas. et temere ꝯgrediūtur ad ostentio nem virium suarū atq3 audacie q̄ ꝓhibetur qꝛ inde mortes hoim̄ et pericula animarū sepe proue niūt. extra de torneamē. c. i. De hoc dicit th. i. 2. 2. q. 40. q̄ exer citia hoiꝫ ad res bellicas nō sūt vi̇r ꝓhibita: sed iordinata ⁊ pe riculosa ex quibus occisiones ⁊ depredationes ꝓueniūt. Apud aūt antiquos exercitationes ad bella sine hmōi periculis erant vt dicit hiero. Milites autē qui ad torneamēta accedūt animo pugnādi: si ibi aliqui occidant̄ licet ipsi nec occidant nec muti lent: nō debēt ad ordines ꝓmo ueri. qꝛ ad rem ꝓhibitā accessie runt pōt tñ cū eis eps dispēsare vt dicūt ray. et rob. de quo vide i astex. li. i. ibi etiā agitur de his qui bellis intersunt. De interdi ctis vsurarijs et raptoribus di ctū est prius. ¶ Utrū ille qui ex §.11 cōicatus est ꝓ manifesto exces su / ⁊ in mortis articulo ꝑ p̄sby terū suū absoluitur debeat cimi teriū denegari et alia eccl̄iastis

cā suffragia. Rñ. ꝙ nō. vt habet
expresse extra de sepul. Parro-
chiano Cōsuetudo tñ est ī mltis
dyocesibus ꝙ tales in cimiterio
non sepeliantur/nisi primo hita
licētia dyocasani. qꝛ ꝑ hoc ad sa
tisfactionem facilius ꝯpelli pos-
sūt heredes. Cui cōmunicamus
viuo cōicare debemꝰ et defūcto.
extra. e. Ex parte. nisi euidenter
appareat auare non sit ei cōicā
dum. vt cū euidens est aliquē in
mortali pctō decessisse. puta cuꝫ
quis suspēndit se vel precipitat
23. q. ij. pro ebeūtibus. i textu et
§.12 in glo. ¶ Quid de his qui in pa
tibulo suspēdunt? Rñ. si penitue
rit nec cōio nec sepultura est eis
deneganda. 13. q. ij. Quesitum.
Uerumtñ ad deponēdum eos de
patibulo/licentia iudicis secula
ris requiritur/ne iusticia contē-
ni videtur. ff. de cadaueribꝰ pu-
nitorum. li. i. et. ij. qui licētiā ne-
gare non debet. vt ibi ponitur.
§.13 ¶ Utrū mulier defūcta ꝑgnans
debeat sepeliri? Rñ. scḋꝫ host. si
certū est ꝙ partus mortuuus sit
tunc mulier cū partu sepelietur.
Si autem certum est ꝙ partus
viuit vel dubitatur de hoc tunc
ipsa mortua: est cito baculus in
ore femine ponēdus/debetqꝫ sci
di/ꝛ si partus vixit debet bapti-
sari. si vero mortuus est extra ci
miterium sepeliri. ¶ Corpa pa-
ganorum vel excōicatorū si sint
in ecclesia vel cimiterio sepulta
sūt eijciēda si discerni possūt. ali
as nō extra de sepul. sacris. Nec
licet ibi celebrare. de ꝯse. dist. i.
Ecclām. Sūtqꝫ ecclīa et cimite-
§. riū reconsilianda extra de cōse.
14. ecclesie. Consuluisti. ¶ Quid si
dubitetur de cadauere vtrū fue-
rit christiani/pagani vel excom
municati. Rñ. Videt in meliorē
partē iterpretandū: nisi aliqua
probabilitas esset de opposito.
Corpora defūctorū si nō possint
deferri ad locū vbi elegerunt se-
pulturā: sūt ī alio loco ad tps se
pelienda. ꝛ post incinerationem
trāsferāda. Oppm aūt faciētes
ipa exenterando aut mēbratim
cōcidēdo ꝑ ipsis trāsfereendis
sūt excōicati. et non nisi a papa
possūt absolui. vt hētur ī quadā
extrauagāti bonifacij. §. cuiꝰ pn
cipium. Detestante. ¶ Circa pre
dicta notandū ꝙ legare est in vl
tima volūtate aliquā rem alicui
dimittere. Legatū vero dr qḋ in
vltima volūtate alicui dimittit.

E orationibꝰ aiaꝝ de q.4
functorū. sciendū scḋm §.1
rich. ꝙ aic defuncto-
rum in caritate siue
sint in purgatorio siue in padiso
orāt ꝑ nobis. Si eni exñtes ī ca
ritate nō cōfirmati ante mortē ꝑ
nobis orabāt: pbabiliꝰ est ꝙ ꝑ
nobis orent in caritate ꝯfirmati
Exaudiūtur semꝑ exñtes in pa-
tria ꝑ nobis orādo: qꝛ non orāt
nisi qḋ agnoscunt deū velle. nec
tñ frustra orāt. qꝛ vidēt deū hoc
velle facere ad ꝑces eorum. Co-
gnoscūt quoqꝫ supplicatiōes q̄s
eis porrigimus in verbo dei qḋ
sēper vident. Exñtes aūt in pur
ga. eoꝝ q̄ hic agimꝰ triplici mō
hñt noticiā. vt dicit august. i li.
de cura pro mortuis agēda. scꝫ
ꝑ reuelationē eoꝝ q̄ hic ad eos
mouendo pergūt. seu ꝑ angelos
bonos aut diuina reuelatione.
Prosūtqꝫ nobis orōes ipoꝝ nisi sis

impedimentū ex pte nr̄a. nec obstat q̄ sūt in pena: q: tūc orones nostre q̄ i pena sum⁹ nō pdessēt. Orant etiam pro se supplicādo diuie mie vt scd̄z suū bn̄placitū misereaꝛ eoꝝ. qđ vallet ad penarū mitigationē ⁊ abbreuiationē. Adiuuāꝛ quoqꝫ p̄cib⁹ btōꝝ q̄ oib⁹ ecclie mēbris adiutorio suo indigētib⁹ subueniūt. hec rich.

dist. 46.
Circa disti. 46. Querorvtrū de⁹ possit p̄termittere opera iusticie Ad hoc dicit tho. q̄ lꝫ de⁹ n̄ possit facere ɔtra iusticiā scꝫ eū q̄ nō meruit puniēdo possēt tn̄ facē p̄t iusticiā minus puniēdo. vel penā totalr̄ remittēdo. possēt quoqꝫ hic distingui de potētia absoluta vel ordinata de quo. 44. di. 1. In deo q̄ qꝫ est mia q̄ est p:ōptitudo voluntatis ad subueniēdū miseris/ seclusa tn̄ passiōe tristicie de miseria alicui⁹. Marie aūt deo attribuiꝛ mia vn̄ in psal. nō tm̄ dꝫ misericors sed multū misericors. et ecclia canit. De⁹ cui ppriū est misereri. q: vt dictū est p̄miat vltra ɔdignū ⁊ punit citra ɔdignū vt ei ait psal. nō ɔtinet i ira sua mias suas. Effectūqꝫ iusticie q̄ ē punitio ordinat ad effectū mie q̄ est saluatio. vn̄ ppetua dānatio reproborū redūdat in gl'iam beatorꝫ. et erit aliqua materia perpetue laudis/ ɔdecentie diuine bonitatis in electis.

di. 47. In di. 47. agit mgr̄ de vniuersali iudicio Ubi sciēđ q̄ lꝫ i morte q̄lꝫ ascribaꝛ regno vel carceri ɔgruū tn̄ ē i fine mūdi tota vt multitudo ēt sil' ascribatur. In quo maifeste nō tm̄ aie sꝫ etiam corpora totum premium vel supplicium recipient. Erit autē tunc disceptatio ⁊ sententie prolatio vocalis vt videtur innuere euangelium: consciētieqꝫ singulorū erūt omibus patētes. Que enī nō repugnant formalr̄ ⁊ p̄nt successiue recipi in aliquo: p̄ eodē. ⁊ sic intellectiones distincte meritoꝝ sigulōꝝ p̄nt simul eē in vno itellectu. Approbabūt vero oēs electi iudicis sniam. Un̄ dꝫ in apo. Audiui vocē tubaꝝ multarū in celo dicētiū. All'a/ laus ⁊ gl'ia deo nr̄o: q: vera et iusta iudicia eius sūt. Loc⁹ aūt iudicij erit vallis iosaphat. iuxta iohelis testimoniū: iiquis ibidē et circūquaqꝫ exn̄tib⁹. boni x̄o vt ait apo. rapiētur simul i nubib⁹ obuiā xp̄o i aere. ¶ Faciē q̄qꝫ iudicij p̄cedet ignis mūdi purgatiu⁹ vt ait psal. q̄ forte vt dt sco. non erit nisi indetermiata pte terre ⁊ super terrā successiue mouebiꝛ ⁊ tm̄ ascēdet q̄tū ascēderūt aq̄ diluuij sꝫ augu. vt hr̄ i lr̄a. ¶ precedet aūt ignis ille iudiciū vt dicit rich. q̄tū ad suū iitiū/ ɔcomitabiꝛ q̄tū ad suū pgressū: sequetur voto q̄tū ad sue opatiōis cōplemētū. Et incipiet (vt quidam dicūt) purgare in supiori pte a q̄ xp̄s incipiet venire ad locū iudicij et tunc motus celi cessabit/ et resurgēt illi q̄ tūc īuenient mortui ⁊ illi q̄ tūc īueniētur viuētes valde cito mouēt. ⁊ q̄si statī po⁹ predict⁹ ignis descēdet ⁊ purgabit illud qđ inueniet purgādū ī electis. quo facto statī resurgēt ⁊ tūc illi ⁊ alij electi q̄ paꝝ resur

De iudicio extre mo. (right margin, beside "Que enī nō repugnant … po tentiā diuinā p̄nt simul recipi in")

gēt ante eos rapientur sil' obuiā xp̄o i aere. et hec oīa fiēt anteq̄ xp̄s pueniat ad locū iudicij. Et sic pȝ q̄ xp̄s veniet ad locū iudicij successiue sicut successiue i celis ascēdit. iuxta illō Act.i. Sic veiet ꝛc̄. Cruciabūt āt ip̄i illo igne durāte iudicio: ip̄oq̄ cōpleto cū pte illius ignis ipuriori ꝛ sordibus mūdi p̄cipitabūt in infernū ipurior aūt ps illi⁹ ignis i piacētem materiā resoluet. hec rich.

qō.2 Quia agit hic de iudicio videnda sūt aliq̄ breuiter de
.§.1. iudicibus et aduocatis. Et prio sciēd fȝ ray. ꝛ host. q̄ nō lȝ iudici vēdere iustū iudiciū.xi.q.3. Nō lȝ. Qui aūt accipit pecuniam vt iudicet vel vt nō male sȝ bn̄ iudicet tenetur restituere ei q̄ dedit. Si vo ei data fuerit vt male iudicet seu ad ip̄m corrūpendū ne iusticiā debitā faciat: non dȝ restituere ei q̄ dedit qꝛ turpiter dedit sȝ ei in cui⁹ iiuriā accepit/ vl' paupibus. Idē etiā dicēdū si iudex accepit pecuniā vt non iudicaret cū deberet iudicare.i.q.i. circa finē. Imperator. et capitulis sequē. De spōte aūt oblatis credit ray. q̄ nō debeāt a ptib⁹ illa recipe pp̄ suspicionē vitandam: nisi ꝯsideratꝭ circūstātijs supra positis circa munera agēdo d̄ symonia. Quō aūt teneāt iudices a sede ap̄lica delegati de restitutione: hētur ex. de rescriptꝭ. Statutū.§. Insup. libro.6. Iudex q̄ scienter iiuste iudicauit timore: cupiditate/ odio/ amore vel alia quacūq̄ causa: tenet leso satisfacere nisi possit iducere illū pro q̄ tulit sn̄iaȝ ad plenariā restitutionem: vt dicit ray. Iudex vero ecclesiastic⁹ q̄ cōtra iusticiā ꝛ cōtra ꝛ sciaȝ i grauamē ptis alterius i iudicio q̄cq̄d facit p grāȝ vl' p sordes/ seu prece vel precio: sit sp̄ēsus est p annū ab executione officij ꝛ dȝ cōdēnari ad estimationē litis pti quā leserat. Et si suspēsione durāte ingesserit se diuis officijs: fit irregularis/ nec nisi p papā poterit liberari. ex. de sē. ꝛ re. iu. Cū eterni. li.6. ¶ Quid si .§.2.
iudex nullo mō sn̄iaȝ ferre voluerit/ ꝛ iō paup aliq̄s vel ali⁹ ius suū amittit? Rn̄. fm ray. ꝛ host. tenet leso ad estimationem litis .§.3.
23.q.2. Dn̄s. ¶ Utrū iudici liceat iudicare pp̄ probata ꝯtra veritatē quā ip̄e nouit? Ad hoc dicūt quidā q̄ si iudex in tali casu nō pōt inuenire occasionē liberādi innoxiū: dȝ eū ad supiorē remittere iudicādū. si aūt nec hoc pōt: nō peccat fȝ allegata ferēs sn̄iam: qꝛ ip̄e nō occidit eū sȝ illi qui asserūt eū nocentē. hui⁹ op. sūt tho. et rich. Rod. vero credit q̄ iudex eū quē nouit innocentē nullo mō dȝ ad mortem vel mutilationē ꝯdēnare/ etiā si sup̄ior ei precipiat. ꝛ si hoc faciat mortaliter peccat ꝛ poti⁹ de oīa mala sustinere q̄ hoc facere. Et dicūt alii qui q̄ ꝓtestari dȝ corā cōitate se nō hēre ꝯscientiā cōdēnādi ip̄m qꝛ scit eū innocētē. et hoc ne cōitas scādalizetur. Sȝ si nō hȝ superiorē cuȝ nulli subsit nisi deo/ multo min⁹ dȝ ꝯ certā sciam ꝯdēnare innocētē p quocūq̄ testionio. ꝓpterea dicit. l. Pn̄teȝ. ff. de penis sācti⁹ est nocēteȝ ipunitū relinquere q̄ innocētem dānare .§.4.
¶ Quid de ministris sn̄ias exequētib⁹ ꝯ innocētes? Dicit ray. q̄ si

mister sciat q[ue] ɔdēnat[9] ē inocēs nō dʒ exequi mādatū iudicis se cus si dubitat tūc ei excusat obe diendo.23.q.1. Quid culpatur. ¶ Notandū q[ue] si aliqs ex leuib[9] iudicijs de bonitate alicui[9] inci pit dubitare:talis suspicio ē pec catū veniale cū aūt quis ex leui bus incidijs,p certo maliciā al= teri[9] estimat:si sit de aliquo gra ui/est pctm̄ mortale.cū non sit si ne ɔtēptū,primi scdm̄ tho.i sum ma ⁊ est iudiciū temerariū De q̄ dicit dñs i euāge. Nolite añ tp̄s iudicare temerariū etiā est iudi care de futuro euētu alicui[9] Uñ dicit ibi gl. Nescim[9] q̄lis futur[9] ē q̄ nūc apparet mal[9].ō cui[9] cor rectione desp̄are temerariuʒ est.
§.5. Aduocat[9] q̄ sciēter defēdit cām iiustā grauit peccat:vt di.tho.i 2.2.q[ue] illicitū est coopari alicui ad malū faciendū siue ɔsulēdo siue alias. Si aūt ignorāter iiu= stā cām defendit:excusat eo mō quo ignorātia excusare pōt. Si ṽo i pricipio credidit iustā cām eē et in ,pcessu appareat iniusta nō dʒ ,pp̄ter hoc cā ,pdere secre ta sue cāe alteri pti reuelādo:ʒ dʒ eā deserere/vel eū cuius cām agit ad cedēdū inducere seu ad cōponēdum sine dāno aduersa= rij. Hec tho. In cā aūt q̄diu du bia est:bñ pōt aduocat[9] patro= cinari scdm̄ rod. Debit[9] modus aduocandi scdm̄ ray.est vt non producat falsa instrumēta:neq[ue] testes falsos.neq[ue] q̄rat i gūamē ptis alteri[9] dilatiōes nō necessa rias. Si aūt p cauillationē suaʒ abstulit aduersario suo bonam cām vel eū grauauit idebite:te= net satisfacere.tenet et his q̄bus p̄stitit auxiliū si ,pp̄ter suā isfide litatē vel negligentiā cām iustā amiserunt.et hoc qñ iactabat se scientē⁊ nō erat.vt dī rod. ¶ Ad §.6
uocato defēdēti iustā cāʒ licitū ē occultare ea q̄b[9] ipediri possʒ ,pcessus ei[9] nō aūt liceʒ ei vti aliq̄ falsitate fʒ tho. Aduocat[9] scdʒ ray.pōt petere moderatū salari um.siue ab initio faciēdo pactū. siue postq̄ finita est causa.scdm̄ q̄titatē cause⁊ laborē aduocati ōis/sciam⁊ honestatē aduocatʒ ⁊ ɔsuetudinem regionis.3.q.7. Tria.§.apud vrbē. Si aūt salla= riū extorsit plusq̄ debuit restitu ere tenet.si tñ sine fraude et do= lo sponte oblata recipiat:nō te= net ad restitutionē. Aduocatus scdm̄ tho.tenet cause pauperis p̄ocinari qñ nō apparet q̄liter possit ei subueniri in p̄ōptu. et idē dicēdū de alijs necessitatib[9] sicut sñia nō dʒ eē venalis:sic nec testioniū.vt dicit aug. Nō lʒ sa= cerdotib[9] ferre testioniū in cau sa sāguis vt pʒ ex his q̄ dicta sūt §.7 de homicidio ¶ Notandū scdm̄ tho.i.2.2.q[ue] si q̄rit testioniū p̄ro deliberatiōe hois a q̄cūq[ue] pena vel dāno iniusto:tenet hō ad te= stificādū ⁊ si testioniū nō requirat tenet facere qd̄ i se ē vt ṽitatē de nūciet alicui q̄ ad hoc,pdesse pos sit iuxta illd̄ psal. Eripe paupe rē ⁊ egenū de.m.pc.li. Si ṽo q̄ri tur testioniū sup his q̄ ptinēt ad dānationē alicui[9]:non tenet hō ferre testioniū nisi cuʒ a supiori cui obedire tenet i his q̄ ad iusti ciā ptinēt cōpellit nec tenet fer= re testioniū i occultis ʒ in mani festis.⁊ i his in q̄b[9] ifamia p̄cess sit. Accusatores dñr large non §.8.

[Margin: de te stio nio dan do qñ te net et qñ non.]

solū q̄ accusāt aliū de crimie ad penā canonicā vel legalē: sȝ eē q̄ denūciāt crimē alicui⁹ ad pñiaȝ pagēdā Et vtriqȝ d̄ht pcedere ex caritate: vt. s. accusati corrigantur ⁊ ceteri terreant̄. Siue enim plectēdo siue ignoscēdo. hoc solū bñ agit̄ vt vita hoim corrigat̄ vt dicit aug. Et caueāt vtriqȝ sibi ne publicēt crimē nisi ꝓbationes paratas hēant. Est ēt p̄mittēda admonitō caritatiua de quo dictū est supra. hec ray. Actō āt dr̄ ius ꝓsequēdi i iudicio qd̄ sibi debet̄. Acta ꝟo dñr publice scripture negociorū que geruntur ordinem continens.

dist. 48. §.1. Circa di. 48. i qua magr̄ determiat de his q̄ ꝑtinēt ad ꝑsonā iudicis. Sciēduȝ q̄ xpus in forā hūana iudicabit / si ꝑncipalr̄ sȝ sub auctoritatie. Iudicare ei p̄icipalr̄ ꝯpetit xpo in q̄tū de⁹. Uidebitur aūt xp̄s i assūpta hūanitate tā a bonis q̄ a malis vt pȝ i euāgelio vbi dr̄ q̄ videbit̄ cū ptāte magna et maiestate q̄ visio erit terribilis reprobis et delectabilis electi. bonis ꝟo vltra hoc gl̄iaȝ aie ac ipsā ditatē ocl'o mētali clare videbūt in q̄ sūme delectabūt̄. Precedēt quoqȝ al[iq] sig̃ iudiciū vt testat̄ euāg. Erūt signa. ⁊c̄. De illis ꝟo signis q̄ dicit hiero. se repisse in libris ānalib⁹ hebreoꝝ ē icertū cū ibi sint q̄dā q̄ parū hñt verisimilitudis vt di. Rich. Erūt āt reprobi i terra ad sinistrā iudicis electi ꝟo i aere ad dexterā. Iuxta illud ad thes. Rapiemur Iob 10. in aera. Per hoc q̄ dr̄ iob. 10 designat̄ q̄ hoc erit āh iud. ⁊ nō tm̄ post q̄n cū iudice ibūt i celis Uiri tñ ꝑfecti eminētib⁹ ⁊ magis §.2. ꝓpe iudicē erūt. Cōpletū aūt iudicio nō erit actio ⁊ passio elemētoꝝ ad iuicē: nec gñatio i his iferiorib⁹ cui⁹ nō erit cā totalis cessatio mot⁹ celi: q2 ad p̄cessiō sue sol ⁊ lūa steterit. ⁊ si talia corpora celestia nō stetisset tot⁹ ordo corpoꝝ celestiū fuisset imutat⁹ Nec ꝑꝑ h⁹ omisit iosue pugnare nec cessauerit oēs actiōes naturales ꝑ totū mūdū Alia igr̄ rō h⁹ assigt̄. q2 cā pria sn̄ q̄ nlla creatura pt i suā actionē nō coopabit̄ cāis scdis ad hmōi opatiōes Tūc aūt augebit̄ lux corpoꝝ celestiū iusta illd̄ ysa. Erit lux lune sicut lux sol': vt electi deū i se ꝯtēplātes / ip̄ȝ etiā ꝯtēplet̄ i suis effectib⁹ spūalib⁹ ⁊ corꝑalib⁹: ⁊ i corpib⁹ delectabit̄ ocl's corꝑalis Tūc eē erit bonitas in creaturis quā redrit̄ opti⁹ vniuersi ordo ꝑ ꝯpatione ad iusticie sapie ⁊ mie die manifestationē. Eadē aūt §.3. crux nr̄a ro i q̄ crucifix⁹ ē dñs portabit̄ ad iudiciū misterio āgelorū vt reprob̄ sit maior ꝯfusio ⁊ electis exp̄ssior materia assurgēdi i laudē xp̄i. nec est icōueniēs si ꝑ diam potētiā i ꝑpetuū conseruetur. vt dicit Rich.

dist. 49. §.1. In di. 49. agit magr̄ de retributiōe iustoꝝ. Ubi sciēdū q̄ dup. est btitudo. s. increata q̄ est obm̄ btificū. s. ip̄e de⁹ et beatitudo creata q̄ ꝯsistit i ꝯiūctiōe nature intellectualis ad obm̄ btificū ꝑ actū intellectus ⁊ volūtatis. Un̄ retributio iustoꝝ ꝯsistit maxie in visione clara die essētie q̄tū ad intellectū / et fruitione seu

dilectione pñte talē visionē q̄tū advolūtatē: p quā aia totaliter q̄etat in obiecto btifico Juxta illō psal. Satiabor cū ap.g.t. An aūt ꝯsistat btitudo pricipali⁹ i actu intellect⁹ vel volūtatis sūt opiñ. varie. Scđꝫ āt Rich. ⁊ sco. principaliter consistit in actu vo luntatis que est regina in regno aie impans itellectui ⁊ aliīs potētīs/ cui subseruit intellect⁹ sicut lūis portitor dño suo. Secura quoq̄ ē aia de ppetuitate cōiūctionis sue ad obm̄ btificum. ¶ Erit aūt maior btitudo p⁹ resurrectionē q̄añ. q: vt di. aug. sr geñ. Aie a corpe sepate iest q̄dā naturalis appetit⁹ corpis admistrādi: q̄ retardat q̄dāmō ne tota itētiōe i deū tēdat. ¶ Erūt ēt

.§.2. i corpe gl'ioso q̄ttuor dotes. s. impassibilitas/ claritas/ subtilitas ⁊ agilitas. De q̄b⁹ di. apo. i epi. ad cori. Seiat i corruptiōe/ surget in incorruptiōe. s. q̄tum ad ipassibilitatem. Seiat i ignobilitate surget in gl'ia. s. q̄tum ad claritatē. Seminat i ifirmitate surget in virtute. s. q̄tū ad subtilitatem per quā poterit esse cuꝫ corpore nō gl'ioso. Eeffect⁹ siq̄dē dimēsionis est loci repletio: pōt aūt esse cā sine suo effectu sicut color sine calefactione. Seminatur corpus aiale: surget spūale q̄tum scꝫ ad agilitatem.

di.50
N distin. 50. magr agit de retributiōe iniquorꝫ. Ubi sciēdū q̄ tanta erit reproborꝫ miseria vt ad ipsā euadēdaꝫ vellēt ñ eē. iuxta illō apo. Jn diebus illis q̄rēt hoies mortē ⁊ nō inueniēt: desiderabūt mori ⁊ fugiet mors ab ipsis. Affligēt aūt marie de amissiōe gl'ie quē lꝫ nō videāt cū nō videāt diam essētiā nec btōs ipa fruentes: de ipa tñ hñt noticiā Nullū ei videt dānatū q̄ tenuerit fidē ⁊ bonos mores Uñ cogit itellect⁹ eorꝫ assētire q̄ v̄a ē sacra scriptura ⁊ q̄ bti hñt bōa q̄ eis i sacra scriptura pmittunt. Et q̄uis ex multiplicatiōe dānatorꝫ augeat pena eorꝫ tñ i tm̄ excrescit i eis iuidia ⁊ odiū q̄ pl⁹ eligerēt magis torq̄ri cū mltīs q̄ min⁹ cū paucīs. Uñ vellēt oēs eē dānatos iuxta illud ysa. Tu vulnerat⁹ es sicut ⁊ nos q: tñ sciunt q̄ nō oēs dānabūtur pl⁹ vellēt illos ad q̄s naturalr afficiūtur dānationē euadere q̄ alios ⁊ iō ille diues dānat⁹ de q̄ habet in euāgelio cupiebat fres suos dānationē euadere. Ecōtra aūt bti i dia essētia i qua vident q̄cquid videre volūt: vidēt penam dānatorꝫ q̄ nec a deo nec beatis ē simplr volita/ vt dt sco. sꝫ scđm q̄d. s. pp iusticiā iq̄tū. s. natura exñs sub culpa ordiat p penam q: de⁹ cui ppriū ē misereri nec letat i pditione morientiū. Uñ q̄si dolēdo p ysa. di. heu ꝯsolabor d̄ hostib⁹ meis. Q: v̄o appetit⁹ cu iusiꝫ bti est ꝯformis diē volūtati iō ñ appetit aliq̄s actu elicito maiorē gl'iamq̄ hēat: sꝫ tm̄ scđꝫ merita. Uñ lin⁹ vult mai⁹ bonū btē virgini q̄ sibi: cū ipa magis meruerit. Q: tñ q̄lꝫ post deū tenet pl⁹ se diligere q̄ aliū: ideo linus ⁊ q̄cūq̄ ali⁹ pl⁹ ⁊ intensius vult sibi btitudinē q̄ btē virgini: et plus de sua gaudēt sicut q̄ lꝫ plus tenetur fugere i se pctm̄ de penis i piorꝫ

mortale quam in quocunque alio. ¶ Et licet denarius seu diva essentia sit omnibus communis: non tamen beatitudo essentialis/quia ipsam unus alio clarius intuebitur/corpus quoque unius erit clarius alio sicut stella differt a stella in claritate. Quod autem dicit augustinus quod omnium erit par gaudium: intelligitur extensive tamen. quia quilibet gaudebit de quolibet et de omnibus de quibus alius gaudebit. quia quilibet vult quod alius vult: non tamen pari affectu. Hec scotus ¶ De multis dubijs que circa beatitudinem queri possent: causa brevitatis supersedeo siquidem utilius est ad ipsam obtinendam laborare: quam varia dubia circa ipsam curiose discutere. Quam nobis concedere dignetur dominus iesus qui suis fidelibus suo precioso sanguine ipsam acquisiuit. Amen.

¶ Explicit quartus sententiarum. M. Nicolai dorbelli. ordinis minorum.

¶ Declarationes quorundam terminorum theologalium secundum doctrinam. illuminati doctoris hic incipiunt.

Ut noviter ad facultatem theologicam accedentes claram habeant noticiam de nominibus que de deo dicuntur: idcirco pro eorum faciliori declaratione hec sunt tractanda. ¶ Primo enim tractabitur de divis nominibus. Secundo de eorum sufficienti divisione Tertio de eorum significatione. Quarto de ipsorum terminorum modo supponendi. Quinto de eorum sillogisatione. ¶ Quantum ad primum est primo sciendum de divisione nominum. et ideo notandum est quod divinorum nominum quedam sunt propria et quedam translatia sive per similitudinem dicta. exemplum primi: ut deus trinitas. exemplum secundi. ut lux candor: et filius. Nominum vero quedam dicuntur de deo sub ratione propria accepta et quedam dicuntur de deo ad creaturas et illorum triplex reperitur differentia. nam quedam dicuntur ad creaturas de possibili: ut creatiuum/ gubernatiuum: et similia. Quedam vero in ordine ad ipsam creaturam per aliquod opus: ut homo mortalis que deo competunt per communicationem ydiomatum. Quedam vero in ordine ad creaturas generaliter respectu actualitatis existentie eorum ut sunt deus: refugium creator: et similia. Nominum vero que de deo dicuntur sub propria ratione: triplex reperitur differentia. Nam quedam sunt essentialia: et quadam personalia: quedam notionalia. ¶ Essentialia sunt ut trinitas: deitas et similia. Notionalia sunt ut inascibilitas/paternitas et similia. Personalia sunt in duplici differentia: nam quedam eorum sunt communia aliqua propria. Communia sunt que de omnibus personis in plurali et de quolibet eorum in singulari dicuntur. ut persona/suppositum/ypostaticis: et similia. Quedam vero sunt que non dicuntur de omnibus personis sed tantum de duabus ut spirator/quod precise competit patri et filio in divinis: quoniam ambo spirant spiritum sanctum. et iste terminus spiritus sanctus. procedens tamen competit spiritui sancto. Nota quod hoc nomen spirator competit patri et filio non tamen ut duo principia: sed ut unum principium quia pater et filius concurrunt simul ad processionem spiritus sancti non tamen ut duo principia sed ut unum nec obstat quod sint due persone realiter distincte: ideo hec est catholica pater et filius sunt spirantes spiritum sanctum et tamen hec

& heretica pat et filius sūt spira toꝛes spūſſācti. eo qꝛ spirationes in numero plurali dicūt pꝛinci= pia distincta i diuinis: quod ē he= reticū i diuinis. Noia vo psonalia sūt pater ꝛ filius ꝛ spūſſctūs siue donū. Noia vero essentialia sūt in triplici differentia. Nam quedā sūt p modum substantie vt deus essentia/substātia/ens/ et similia. Quedā p modū q̄titatis vt imensus: eternus: et similia: ꝛ sic apparet q̄ quattuoꝛ decim sunt mēbꝛa predictoꝛum noim. nā translatiua capiūt vnū mēbꝛū / ea vero q̄ dnr in oꝛdine ad creaturas capiūt tria. et sic sunt quattuoꝛ: et illa q̄ cōpetūt deo i se capiūt quattuoꝛ ꝛ sic sūt octo. illa vo eēntialia capiūt tria ꝛ sic sunt vndeci. Similr psonalia capiūt tria/ ꝛ sic sūt q̄ttuoꝛdecim. Sic ergo patet pꝛimā puta gn̄alis diuisio noim diuinoꝛum

Quātū ad scd̄z de eoꝝ sufficiēti diuisiōe ē notāduꝫ q̄ notiōes sūt quinq̄. s. p̄nitas i nascibilitas/ filiatō cōis spiratō ꝛ pꝛocessio. due pꝛie. s. p̄nitas ꝛ inascibilitas sūt p̄ris nō filij. tercia filij. quarta p̄ris ꝛ filij. q̄nta est spūſſcti. Unde notādū q̄ tres sūt ꝓpꝛietates psonales ꝓpꝛie loquēdo: p̄nitas/ filiatio ꝛ pcessio vl̄ spiratio. qꝛ psōalis ꝓpꝛietas dr̄ q̄ vni soli cōuenit: imo eā ab oi alio distīguit ꝛ hoc realit Relatiōes sunt quattuoꝛ. Pꝛia ē p̄ris ad filiū. s. p̄nitas / scd̄a ē filij ad p̄rem. s. filiatio / tercia ē p̄ris et filij ad spmſctū. s. cōis spiratio quarta spūſſācti ad patrē ꝛ filiū. s. pcessio. Unde nota q̄ ois relatio est notio/ non autē ecōuerso. Nā ista notio inascibilitas q̄ p̄ri ꝯuenit nō dr̄ ad aliq̄d eo q̄d p̄r est a nullo: iō ista talis notio nō dr̄ relatio. Scd̄o notādū est q̄ notiones h̄nt multa noia. Dn̄r eni notiōes eo qꝛ psonas notificāt Dn̄r scd̄o distictiones: qꝛ psonas distingunt. Dn̄r etiā tertio relationes: eo qꝛ psone ad inicē referūtur. Dn̄r etiā quarto ꝓpꝛietates eo qꝛ sūt pꝛopꝛie psonis quib⁹ isūt. Un̄ nota q̄ ꝓpꝛietas/ notio ꝛ relatio differūt q̄m ꝓpꝛietas dr̄ i q̄tū ꝯuenit vni soli. Notio āt dr̄ i q̄tū ē pꝛincipiū cognoscendi. Relatio aūt inq̄tum dicit hītudinē ad alterū. Quarū notionū sic sufficientia pōt h̄ri Nā ois psona dia: aut est deus/ aut deus de deo. et hoc dupliciter. qꝛ vel nascēdo/ ꝛ sic ē nascibilitas vel filiatio aut pꝛocedendo/ et sic est pcessio vel spiratio passiua aut de⁹ a quo ē deus ꝛ hoc duplr/ aut p generationē et sic est p̄nitas. aut p spirationē: ꝛ sic est spiratio actiua. Notio

Ohis ita q̄ visis ꝛ p̄missis notāde sunt aliq̄ue regule notionum quaꝝ pꝛia talis est q̄ nulla notio de alia p̄dicatur affirmatiue hec eni ē falsa p̄nitas ē filiatio Scd̄a regula est q̄ q̄lꝫ notio ē illa psona cui⁹ est notio siue psona. nā hec est vera: p̄r ē p̄nitas ꝛ ecōuerso. silr̄ filius est filiatio. Tertia regula est q̄libet notio ē idē cū essētia dia. hec eī est vera paternitas ē essētia dia silr̄ filiatio est essentia dia. ꝛ sic de alijs. Quarta regula est q̄ oēs notiones sunt vna essentia. Quita regula ē q̄ oēs notiones sūpte abstractiue predicātur de essentia

vñ bene dr eēntia dia est paternitas/sed cōcretiue sumpte non nā nō bene dicitur essētia dia generat et sic de alijs. Sexta regula est ꝙ ois notio iportat diuersitatē. Septima regula ē ꝙ non quicqd dr de notione dicit̄ de ꝑsona: qr aliqd dr seu cōuenit notiōi qḋ nō cōuenit ꝑsone notiōi cui ꝯuenit ꝓprie distinguere. s; persone distinguūtur. ⁊ sic p; de eoꝝ sufficiētia ⁊ distictione. Uñ notādū est pro declaratiōe quinte regule ꝙ abstracta istoꝝ nominū. s. paternitas filiatio ⁊ processio sūt duplicia: qnedā ei sūt cū quib⁹ ꝯueniūt i pricipio ⁊ differunt i fine: vt de hoc noie paternitas ṗdicatur pater. de filiatiōe filius ⁊c. et de istis nō itelligitur regula. Alia sunt concreta istaꝝ notionū scilicet verba eis correspondentia vel eoꝝ nomia verbalia vt de hoc nomine ꝓcessio spirari: et de istis regula itelligitur. et ho c de secundo.

Quātū ad ṫtiū sūt notāde nouem regule q̄ꝝ pria ē ꝙ noia trāslatia dñr eq̄lit̄ ⁊ sipl'r de essētia ⁊ ꝑsonis nisi sumāt̄ a ꝓprietate. nā oēs tres sūt vna lux ⁊ nō tres luces. ⁊ sic de alijs. Scḋa regula ē ꝙ noia dicta de deo i ordine ad creaturas gn̄al'r siue de possibi'i siue de i eē q̄ditatiue creaturaꝝ dñr aliqua ⁊ singula de eēntia ⁊ personis vt tres sūt vn⁹ de⁹ gubernator dñs creator ⁊ hmōi. ¶ Tertia regula est ꝙ nomia dicta de deo in ordine ad creaturam per respt aurationis exercitū: de vno solo supposito dñr vt dicēdo fili⁹ est homo ¶ Quarta regula ē ꝙ noia numeralia nō dñr de aliq ꝑsona ꝑ se sed oibus simul et de eēntia per se sed oib⁹ simul et de eēntia per se vt tres ꝑsone sunt trinitas et non persona est trinitas eēntia tñ est trinitas Quīta rl'a est ꝙ noia notionalia minie de essentia diuia predicantur vt generat spirat gn̄atur spiratur Sexta rl'a est ꝙ noia ꝑsonalia ꝓprie nō ṗdicāt̄ de oibus personis nec de se iuicē nisi de duab⁹ s. inascibilitas ⁊ actiua spiratio dñr tñ de dia eēntia l; tñ nō verba eis correspōdētia. Septima rl'a ē ꝙ noia ꝑsonalia q̄ equal'r ꝑsonā respiciūt equal'r ṗdicant̄ de personis pl'r et nō sigulariter licet bene de vnaquaq; singulariter: vt pater et fili⁹ sunt ꝑsone non persona: et similia quilibet eorū est ꝑsona. Octaua regula ē ꝙ nomina personalia que non omnes personas recipiunt predicantur bene de duabus simpliciter: ⁊ pro qualibet ipsarum singulariter et nullo modo pluraliter: vt pater et filius sunt spirator et non spiratores. Nona regula est ꝙ nomina essentialia siue per modum substantie siue per modum q̄ntitat; siue per modum qualitatis dicūtur tm̄mō de oibus ꝑsonis singulariter vt essentia vel sub̄a. vt pater et fili⁹ sunt essētia vel deus. Exemplū de q̄ntitate: vt pater et filius et sp̄ūssanctus sūt imēs⁹ vel eternus. Exēplū de qualitate: vt pater ⁊ filius et sp̄ūssāctus sūt bonus iust⁹ vl' fortis ⁊ similia ⁊ sic p; scḋm q̄liter noia significant.

Nunc antē circa q̄rtū est notādū. s. de ipso rū terio℞ suppositio ne ꝑ cui⁹ declaratiōe ponuntur. 7. regule quarū p̄ria talis est ꝙ nomia translatiua i differēter supponūt ꝑ eēntia et ꝑ persone: vt patet de isto noie lumē de q̄ habet̄ i simbolo lumē de lūie cōstat ꝙ ibi nō supponit pro eēntia Scd̄a rl'a ē ꝙ noia q̄ dr̄r de deo i ordie ad creaturas conotātia possibilitatē actualitatē i creatur꜒ idifferēt̄ suponūt ꝑ eēntia ꝛ ꝑsonis vt creare ꝛ his silia Tertia rl'a ē ꝙ noia q̄ de d̄o dr̄r sp̄al'r i ordie ad creaturas per opus restaurationis suppo nūt ꝑ filio dei: vt mortalis imortalis. Ūn̄ nota ꝙ hec regula cātat ꝙ oia noia dicta de deo per cōicationē ydiomatū supponūt solū ꝑ scd̄a ꝑsōa i trinitate. s. ꝑ filio: vt cū d̄r mortal'/ scūs cruci fix⁹ flagellat⁹. ꝛ his silia. Quarta regula ē ꝙ noia nūeralia pro nulla persona supponūt lꝫ qn̄ꝙ pro ꝑsonis. vt ibi. s. tres sūt q̄ testimoniū dāt celo p̄r verbū ꝛ. s. s. Quīta regl'a ē ꝙ noia notionalia sp̄ supponūt ꝑ ꝑsonis ꝛ sil'r ꝑ ꝑsona ꝛ nō ꝑ essentia / maxie qn̄ subijciūt̄ respectu v̄bi denotātis distīctionē ad itra. Sexta rl'a ē ꝙ oia noia eēntialia concretiue sūpta idifferēt̄ supponūt ꝑ essētia ꝛ ꝑsona vt dicendo de⁹ imensus eternus ꝛc̄. Septima regl'a est ꝙ noia essētialia abstractiue sūpta supponūt tm̄ ꝑ essētia vt deitas ꝛc̄. sic pꝫ q̄rtū videlꝫ ꝑ q̄bus termini supponūt in dis.

Quātū ad quitū ꝛ vltimū de co℞ sillogisatiōe p̄io pono aliq̄s regl'as q̄rū p̄ia tal' et est cōis. ꝙ ad debite sillogisādū ex ꝓpōib⁹ vniuersalib⁹ req̄rit̄ ꝙ hmōi ꝓpōes vniuersales sint regulare ꝑ dici de oi q̄d ē vel de nullo q̄d nō est: hoc est dictu ꝙ nichil ē sumē sub subiecto de q̄ nō dicat̄ p̄dicatū: si est affirmatiua mediāte terio relatiōis. s. l. q̄d. Si aūt ē negatiua: ꝙ nichil sumat̄ sub s̄bo a quo non remoueatur predicatū ꝛc. vnde notāter dixi ꝙ sillūs i dis regulat̄ ꝑ dici de oi q̄d est vel dici de nullo q̄d nō est: q2 lꝫ hoc teneat̄ in/ferioꝛib⁹ siue i creaturis non tn̄ in dis. nā nō valꝫ. Ois essētia dia est p̄r fili⁹ ē eēntia dia / g̃ fili⁹ est p̄r p̄misse sūt vere. q2 regulātur ꝑ dici de oi lꝫ cōclusio sit heretica. Sil'r nō sequit̄/ nulla essētia dia est gn̄ans: p̄r est essētia dina ergo pater nō ē gn̄ans: cōclusio ē heretica et tn̄ premisse sūt vere Si g̃ ē sillogisādū i dis. s. oē q̄d est essētia dia ē p̄r: filius ē essentia dia g̃ filius est p̄r: mō argumentū ē regulatū ꝛ tn̄ conclusio est falsa: q2 maior est falsa et minor vera. q2 de filio dei verū est dicere ꝙ ē eēntia dia. ꝛ tn̄ filius non est p̄r. Sil'r potest argui de sp̄ūsctō. Sil'r nichil q̄d ē eēntia dia est gn̄ans. p̄r est eēntia dia ergo p̄r nō est gn̄ans Argumentū est regulatū ꝛ maior est falsa et ꝑ ꝯñs ꝯclusio. pro q̄ notād̄ ꝙ magna est differētia inter istas ꝓpōes. s. ois eēntia dia est p̄r et oē q̄d est essentia dina est p̄r. nā p̄ma exñte vera scd̄a erit falsa. Prima eni sigt̄ ꝙ de quocūꝙ d̄r iste termin⁹ essētia est verificabilis iste termin⁹ p̄r ꝛ hoc ē ꝓū. nā

essētia dīa nō est nisi vna deitas et vna essētia q̄ est pr̄ et filius et spūsſctūs. Scđa vero sigt q̄ de q̄cūq̄ re verum est dicere hoc est essentia dīa: de ipa verū est dicere q̄ ē pr̄/ et hoc est falsū: silr̄ est differētia iter istas.ppōes.s.nulla essentia dīa gn̄at: et nichil qđ ē essētia dia gn̄at. nā pria exñte vera. scđa est falsa. Prima enim sigt q̄ de q̄cūq̄ re essētia dia dr̄ est verificabilis iste termin⁹ essētia dia dicēdo sic hoc est essētia dia sʒ demōstrando essētiam diuinā q̄ ab ea remoueat̄ gn̄are: pʒ ⁊ hoc est verū. nā essentia dia nec generat nec gn̄atur: nec spirat nec spiratur: q: actiones sūt suppositoꝝ simul et passiones ⁊ nō essētie. Nā pr̄ est gn̄ans: fili⁹ vero genit⁹/ ⁊ spūsſctūs a duob⁹ spiratus. s. a patre ⁊ filio. Scđa vero sigt q̄ de quacunq̄ re sigt vl̄ verificat̄ essentia dia: ab ipsa remoueat̄ gn̄are: ⁊ hoc est falsū nā lʒ h̄eat verū de filio et spiritu sctō: nō tn̄ h̄eat vꝑ de pr̄e in dis Ex istis pʒ q̄ ista forma arguendi nō valet cōiter i dis. s. ois psona in dis p̄ter spūsctm̄ est spirās: fili⁹ est persona i dis: g̃ fili⁹ in diuinis p̄ter spūsctm̄ est spirans. et ideo argumentū nō valet co/ q: non regulatur per dici de oi quod est. Scđa regula est valde notāda q̄. s. sillogismi expositorij nō tenent i diuinis terminis nec valent nisi tales ppositiones singulares sint reducibiles ad vniuersales subiecto circūlocuto per ly quod est. ⁊ ideo nō sequitur hec essentia diuina est pater: hec essentia dia ē fili⁹ ergo fili⁹ ē pr̄. Ex quo ista ē falsa Oē qđ est essētia dia est pr̄. hoc patet ex dictis ad quam ppōnē vniuersalē dʒ reduci maior hui⁹ sillogismi. simulc eni iudiciū habetur de alijs Tertia regula est ista q̄ ad hoc q̄ ppositiones singulares sint debite ordinate requiritur q̄ debitus medius termin⁹ non variet suppōnē sʒ vniformiter teneatur. ⁊ si aliter fiat non valet argumētū. vt si arguatur sic. omnis hō ē species. michael est hō ergo michael ē species. Constat eni q̄ variatur supposito medij. s. a suppositōe simplici ad suppōnē psōalē. ⁊ ideo cōmittitur fallacia equiuocationis penes tertium modum. Nā in prima ly hō stat simpliciter/ i scđa vero psonaliter. Uñ notandū est q̄ sicut triplex est suppositio i terminis logicalib⁹. s. materialis simplex et psonalis: ita triplex est suppositio i teris dis s. essētialis persōalis et notionalis/ qua variantur suo mō ppōnes sillogisātes in dis eo modo quo in teris logicoꝝ. ¶ Notādū tn̄ q̄ noia q̄ de deo dr̄ aliq̄ sūt essētialia/ aliqua vero psonalia aliqua notionalia/ aliqua cōia Noia essētialia sūt ista. q̄ sic sūt ppa essētie q̄ si p ipossibile essētia dia distigueret̄ a psonis ipa sic dicerentur de essētia q̄ nō dicerentur de personis. Et istoꝝ q̄dā sunt substātialia vt essēt deitas ⁊ his similia Aliq̄ vo accñtalia vt cōicabile icōicabile ⁊ his similia et aliqua numeralia vt trinitas. Nomina vero psōalia sūt q̄ dctō casu recēto. s. q̄ essētia distinguerentur a psonis qđ est i possibile/ dicerentur de personis.

qd dicerent de essentia. cuiusmodi sunt ista. s. persona / suppositum / ypostasis / pater / filius / et spiritussanctus et istorum quedam dicuntur de aliquibus personis: vt persona / suppositum et ypostasis / filius / et spiritussanctus: et istorum quedam dicuntur de omnibus personis vt persona / suppositum et ypostasis. Quedam vero de vno tantum: vt pater de patre filius de filio / spiritussanctus de spiritusancto et istorum abstracta dicuntur proprietates personales cuiusmodi sunt paternitas: filiatio spiratio passiua: et his similia. Nomina notionalia dicuntur personarum distinctiua inter se vt generans spirans procedens et eorum verbalia vt generatio spiratio processio: que etiam dicuntur relatiua. et quedam istorum dicuntur notiones vnius persone tantum vt generare actiue est notio et proprietas patris generari filii spirari vel produci spiritussancti. Dicitur autem notio a nosco noscis noscere: quia per omnia notionalia vna persona distinguitur ab alia et constituitur districta ab alia vt per hoc nomen generans constituitur et noscitur persona patris: et hoc nomen genitus constituitur et noscitur persona filii et per istud nomen procedens noscitur distincte persona spiritussancti a patre et filio et per istud nomen spirans noscuntur distincte persone patris et filii a persona spiritussancti. Nomina communia sunt que predicto casu recepto licet impossibile sit quod essentia distingueretur a personis dicuntur tam de persona quam de essentia cuiusmodi sunt ens res: entitas deus creator et his similia: et ista adiectiua omnipotens eternus immensus et huiusmodi ¶ Dubium est vtrum aliqua predictorum nominum sint inter essentialia con putanda? Sed pro solutione huius dubii sunt notande aliquae propositiones quarum prima talis est quod nullum verbum notionale proprium vni persone vel duabus personis verificatur de aliquo nomine essentiali proprie. Nam hec est falsa videlicet essentia generat: similiter deitas generat: et sic de aliis. Nam nomen notionale est relationum. Relatio autem in diuinis respicit personas essentiale non refert / vt sic et vt sic non respicit personas: et ista videtur esse intentio magistri lib. 1. disti. 4. hec tamen est vera diuinitas est generatio. ¶ Secunda propositio est quod nomina numeralia non verificantur de aliqua persona in numero singulari sumpta. Probatur sic. Nam hec est falsa pater est trinus similiter ista: pater est vel filius est trinitas. Similiter ista suppositum est trinitas: vel persona est trinitas. ergo hec propositio vera. Vnde notanter dicitur in numero singulari. quoniam in plurali bene possunt. Vnde bene dicitur pater et filius et s. s. sunt tria supposita vel trinitas. ¶ Tertia propositio est nomina substantia essentialia verificantur de quolibet nomine personali et eius proprietate. Hoc patet: nam iste sunt vere pater est essentia paternitas est essentia / et filius est deitas. spiritussanctus est deitas. ergo talis propositio vera ¶ Quarta propositio est quod noticia essentialia adiectiua dicuntur vere de essentia et non de aliqua persona vel nomine personali. patet hoc Nam hec est vera essentia dei est communicabilis / et non ista pater est communicabilis. Vnde nota quod essentia communicabile et non essentia communicabile in diuinis in sensu in quo theologi concedunt non sunt aliquo modo predicata contraria: quia dicuntur in habitudine vel respectu diuersorum respectu essentie et respe

ctu psonarũ. tñ eadẽ essentia est cõmunicabilis tribus psonis. qꝛ sic cõpetit psone primis ꝙ non cõpetit alteri psone ¶ Quinta propositio ꝙ ista nomina innascibilitas: ingenitas ꝛ similia nõ sunt proprie notiones alicui patet qꝛ non dicunꝰ de essentia. ¶ Sexta ꝑpositio est ꝙ noia essẽtialia dicunꝰ vere de oibus personis vel noibus communibꝰ. vt dicẽdo deꝰ est trinitas. ¶ Septia ꝑpositio est ꝙ nomẽ psonale aliquãdo est nomẽ ꝑpostasis/aliquando est nomen a ꝑprietate: primo em̃ modo pater dicit psonã que habet filiũ / secũdo modo pater dicit filiũ generare. primo enim modo nomẽ psonale predicatur de essentia / sed non scḋo modo. Et ideo propositio potest sic formari. s. si nomẽ psonale sit nomẽ a ꝑprietate nõ potest pdicari de noie essẽtiali. Unde hec est falsa essentia est pater. Nã pater supponit ꝑprietatem: tamen prout pater dicit personã q̃ habet filiũ ista ẽ vera eẽntia est pr̃. ¶ Octaua ꝑpositio est ꝙ ista noia personalia verificanꝰ de noibus cõmunibus ꝛ econuerso. Unde hec est vera aliqua res est pr̃ pr̃ est res/filius est ens. et his similia. ¶ Nona regula siue ꝑpositio ẽ ꝙ nomina psonalia notionalia essentialia siue cõmunia pñt de se inuicem predicari cõuertibiliter pdicatione idẽtica licet non formali. hoc patet. nã iste sunt vere pdicationes videlicet/ pr̃ est idẽ quod filius ꝛ filius est idẽ quod pater. Nam ista est falsa/ pater est filius. et sic de aliis. Ex quo infero ꝙ ista consequentia non est formalis. s. a. est idem ꝙ. b. ergo a. est. b. Nec sequtur pater est id vł idem quod filius. ergo pater est filius. hoc patet: nã ly id vel idem denotat essentiã. ꝛc. ¶ Decima propositio est ista ꝙ omne nomen pure essentiale predicaꝰ de quolibet personali ꝛ de omnibus in sinꝰ i singulari ꝛ nõ i plurali: vt dicẽdo pater est essentia/ filiꝰ est eẽntia/ spũssctũs est essentia. et hi tres sunt vna essentia et vna deitas: et non tres essentie. ¶ Undecima ꝑpõ ẽ ꝙ noia substantia dicuntur de oibus suppositis simul sumptis singulariter et non pluraliter. vt dicendo tres persone sũt vna res: vel plures persone sunt vnum ens: vnũ scꝫ referendo ad essentiam et ly tres ad personas. ¶ Duodecima ꝑpositio est ꝙ nomina communia adiectiua dicunꝰ de quolibet nomine ꝛ quolibet singulariter ꝛ non pluraliter: vt dicẽdo pater ẽ vnus deus: filius est vnꝰ deus spiritussanctꝰ est vnus deꝰ Et pater et filius et spiritussanctus sunt vnus deus ꝛ non tres dii. Similiter pater est eternus filius est eternus: spũssãctus est eternus. et hi tres sunt vnꝰ eternus. Unꝰ immensus: vnus omnipotẽs et non tres omnipotentes nec tres eterni: nec tres immensi. ¶ Notãdum autem pro declaratione none regule seu ꝑpositionis ꝙ predicatio in diuinis est duplex Nam quedã est idẽtica: alia vero formalis vel psonalis. ꝑdicatio idẽtica est quando subiectum et predicatum supponunt pro eadem re. i. essentia. et tunc nomina notionalia personalia

essentia alia de se inuicē predicā tur ꝛ conuertibiliter. vt dicendo pater est idem quod filius. et filius est idem quod gñari ꝛ ecōuerso. et sic de aliis. Predicatio vero formalis vel personalis est qñ subiectū vel predicatum supponunt pro eadē re ꝛ sub ꝓpria rōne formali vel quādo subiectū et predicatū supponunt pro persona vt hic pater est filius. et de tali predicatione nō intelligitur regula. sed ꝙ noīa nocionalia ꝑsonalia ꝛ essentialia de se inuicē predicātur cōuertibiliter. qꝛ male dicit᷑ pater est filius: nec filius est pater. ꝛ sic de aliis. ¶ Tamē not᷑ ꝙ ista ꝓpositio. s. pater est filius cū alicui ꝓponitur pōt distingui. qꝛ vel subiectum ꝛ predicatū supponūt pro essentia ꝛ sic est vera. Nam sensus est ꝙ filius est eadem res que pater. et pater eadē res que filius. ꝛ hoc verum est. nā essentia dīa est in oībus vna. Si aūt subiectū ꝛ predicatum supponant pro ꝑsona: sic talis propositio est falsa: vel tales ꝓpositiōes sunt false. Nā tunc est sēsus ꝙ persona que est pater est persona q̄ est filius. et sicut de ista dicit᷑ hoc modo potest dici: dici oībus similibus in quibus predicatio est formalis vel personalis. ¶ Et sic est finis huius breuis tractatus.

¶ Sequit᷑ tabula huius quarti libri.

Finis tabule q̄rti libri summe Angelice ad optimā formā superfluis dimotis nunc redacte.

Alphabetica tabula in primū scriptū Magistri Nicolai de orbellis ordis minorū doctoris eximij sequaci scoti vltra questionū ordinē suprapositā pricipaliū materiarū demōstratiua et ad ppriū locū directiua: nunc superfluis dimotis replicis: ad certū cōpendiū redacta.

¶ Explicit tabula ſuper primo.

¶ Secundi scripti



Finis tabule scd̄i.

Tabula.iii.sñiarũ Magr̃i Nicolai de orbellis.

spēs ponunt di.33.q.ii.
Tps iceptiōis sctiēdi a nobī ob seruādū ponit di.37.ti.de tertio pcepto circa finē tertij pcepti.
Timor triplex seruilis inicialis et filialis di.34.q.vnica.
Tristicia triplex ē d.xv.q.vnica
Tristicia et gaudiū eiꝰ portioni aie xpi de diuersis obiectis potuit inesse ibidem.

Tacare capit dupliciter d.37.i fine tertij pcepti.
Ueritatē occultare ali qn nō ē pctm̄ di.38. de mendatio.
Ueritas sacramētoꝝ reducit ad illos articulos. Credo ecclesiā catholicā et sctoꝝ cōionē d.25.q.5.
Uirtutis theologice tres sūt cōditiones di.26.q.vnica.
Uirtutes morales sunt in volūtate di.33.q.i
Uirtutū cardinaliū sufficientia patet di.33.q.ij.
Uirtutis vel vicij in oī specie triplex gradꝰ reperitur ibidem.
Uirtus heroica dr ibidē.
Uirtutes dona fructus et beatidinem sunt idem habitus disti. 34.q.vnica.
Uolūtas improba adiplēdi qđ cūqꝫ pctm̄ mortale phibetur nono et decio pceptis di.39.ibidē.
Uoluntas conformis appetitui naturali non semper est rectam di.15.q.2.
Uoluntates due fuerunt in christo distictione.17. questione.i.
Et nota ibi qꝫ voluntas naturalis et libera non sunt due potentie.
Unio nō dicit aliqd absolutū sꝫ relationem nature assumpte ad verbum di.i.q.i.

Xps nō est aliqua duo nec masculine nec neutraliter di 6.q.vnica.
Xps est duo esse. non duo existē te sibidem.
Xps non est creatio distincti.ii. q.vnica.
Xps non potuit peccare distin. 12.q.vnica.
Xps quō profecisse dicitur distictio.14.
Xpo pro nobis suam passionem offerenti magis obligamur qꝫ si aliter redimi potuissemus et fuissemus di.20.q.vnica.
Xps pro nobis precipue sic ignominiose mori voluit/vt ad suum nos amplius alliceret amorem di.22.q.i.
Xps nō fuit homo in triduo.
Ypocrisis cōtinetur sub simulatione et fit duobus modis di. 38.in de mendatio.

¶ Finis adest (auspice deo) scripti quattuor librorum sententiarum reuerendi magistri nicolai de orbellis ordinis minorum. cum repertorio singulis quibusqꝫ libris apposito: quodquidem scriptum dudum impressorum incuria multis viciatū erroribus/nunc vigili cura ipressioni extitit castigatissie traditū. Impressūqꝫ expēsis honesti viri Francisci regnault. Anno domini. M.cccc.xv. die vero vltima mensis Jullij.